cta. c. excõicamus. §. credẽtes. vo.
ſane. extra eo' titu. ¶ † Sed quia
mors eſt vltimum terribilium: vt
inquit Ariſt. in. iiii. Ethic. ⁊ eſt ex
trema penarũ. xiii. q. ii. queſitum
quam ius ciuile appellat vltimũ

ſuppliciū.l.ſi quis aliquid.§.qui abortionis.ff.de pen.ꝛ.l.vltimū. ꝛ.l.capitaliū.in prin.ꝛ.l.qui vltimo.ff.eo.tit.hac mortis pena puniuntur ꝛ ſolent cōiter igne comburi.l.arriani.in prin.C.de here. ꝛ perpetua notantur infamia,et oia eorū bona publicanť elementis proprijs fieret iniuria ſi aliquid ex bonis ſibi veleius poſteris relinqueretur.dicit tex.in.d.l.arriani.in pn.ꝛ.§.j.C.eo.ti.qui

4 bus†penis tam clerici quā laici ſubijciuntur facta prius tamē degradatione:clericorū apud proprium iudicē eccleſiaſticū.d.c.ad abolendam.in ſi.extra eo.titu.c.accuſatus.§.fin.eo.titu.li.vj.ꝛ.d.l.arriani.ꝛ.l.manicheos.C.eo.ti.ꝛ.c.vergentis.extra eo.nec potuerūt eius filij ſeu alij deſcendētes vſqȝ in ſecundam generationem obtinere aliqua officia aut beneficia eccleſiaſtica tāqȝ illorū icapaces.c.ij.§.heretici.eo.titu.lib.vj.

5 ¶†Ex quo nota iſtū caſum ſpecialem in quo filij etiam innoxij puniuntur ex delicto patris ꝛ ſic alterius crimine puniunť:vt ibi: ꝛ in.d.c.vergentis.extra eo.titu. cuius ꝯtrarium diſponit regula iuris cōis.l.ſancimus.C.de pen. ꝛ.ff.eo.titu.l.ſi pena.ꝛ.l.crimen. ꝛ.ff.ad ſilla.l.ſi.vbi dr quod pena debet ꝓſequi criminis auctorē:ꝛ nō ſe extēdere vlteri9 ad filios familiares agnatos vł amicos:ſed ra io ſpālitatis eſt odiū delinquētis propter turpitudinē ꝛ abominationem tāti criminis: vt dicit tex.in.d.c.vergētis.ſicut alš videmus in crimine leſe maieſtatis ꝙ filij puniuntur ex delicto patris in ſucceſſione bonoꝝ.l.quiſquis.C.ad leg.iul.ma.multomagis dicendū erit i iſto caſu filios puniri ex delicto pris ex quo grauius deliquit pater qȝ longe graui9 eſt eternā ꝙ temporalem ledere maieſtatē.d.c.vergentis.

6 ¶†Secundo habes aliū caſum in quo filij puniuntur ex delicto patris in aut.qui.mo.na.effi.ſui. §.ſi qs aūt ſumpta.in aut.ex cōplexu.C.de iceſt.nup.vbi filij nati ex nephario ꝛ damnato coitu ſunt incapaces omnis ſucceſſionis paterne nec a pře alēdi ſunt: nec filij dici poſſunt:hoc cū non accidit culpa filiorū:quia ipſi nō peccarūt/ſed in odiū ſceleris paterni et illi9 turpitudinis.d.aut.

7 ex cōplexu.¶†Eſt ꝛ tertius caſus in quo pena primi auctoris extendiť ad filios ꝛ agnatos illi9 ſucceſſores vſqȝ ad quartā generationem.c.in,quibuſdā.de pen. ¶Quartus reperiť caſus in.c. cū multe.xv.q.viij.ꝛ.j.q.iiij. Jt:ꝫ peccato iſraelitarū. ¶Quintum reperio caſu ȝ in.c.j.ꝛ.ij.de fil.pſbyte.vide gloſ.in.d.c.vergentis. eo.tit.de here.alias quoqȝ penas ꝛ ſupplicia patiuntur iſti heretici nō tñ corporalia:de quibus latius per hoſt.in ſum.de heret.ꝛ Arch.in.c.hereticus.xxiiij.q.iij.

¶Summarium.

1 Filij alicuius heretici an ſi ſint fideles ſuccedāt i bōis pňis

2 Jus ciuile non tollit ea que ſunt iuris naturalis.

3 Filij hereticorum debent in perpetua paupertate ſordeſcere:ꝛ in hac vita viles haberi.

1 Quarto quero † quid ſi filij ipſius heretici ſint bōi ꝛ fideles chriſtiani ꝛ delicti paterni penitus ignari:an

peterant ſuccedere in bonis pa-
ternis ſaltim i legitima eis debi
ta iure nature vt ex illa poſſint
habere alimēta ⁊ videbat͡ dicen
2 dū qd ſic: q2 † ius ciuile nō tollit
ea que ſūt de iure nature ex quo
ſunt immutabilia. l. ex hoc iure
gentiū. ⁊ ibi no. gl. ff. de iuſti. ⁊ iu.
⁊ inſti. de iur. natu. gen. ⁊ ciui. §.
ſed naturalia. ſucceſſio aūt filio-
rum in bonis parentū eſt de iure
nature. l. cum ratio. ff. de bo. dā-
na. in aut. vt cū de appel. cogno.
§. aliud quoq capitulū. l. ſi. C. de
inſtitu. ⁊ ſubſti. l. pcibus. C. de im
pub. ⁊. l. nam ⁊ ſi parētibus. ff. de
inoffi. teſta. cū ſimilibus. Sed in-
contrariū eſt veritas quia ipſi fi-
lij effecti ſunt a iure adeo inhabi
les ⁊ icapaces paterne ſucceſſio
nis quod illi etiam in vno dena
rio ſuccedere nō poſſunt imo de
5 bent † ſemp in miſeria ⁊ egeſtate
ſordeſcere ſicut filij reorū crimi-
nis leſe maieſtatis: adeo qd nihil
aliud eis relinquendum eſt niſi
ſola vita q̄ ex miſericordia elargi
tur. ¶ Et tales eſſe debēt in hoc
mundo quibus vita ſit ſupplicium
⁊ mors ſolatium. vide textum in
dicto. c. vergētis. ⁊ in. l. quiſquis.
C. ad leg. iul. maieſt.

¶ Summarium.

1 Heretico an ſit locus peni-
tentie: ita vt a pena ciuili liberet͡.
2 Penitētia nō pcedit in delictis
criminalib9 atrociorib9 quo mi
nus ciuiliter puniatur.
3 Hereticus qn debeat penitere ⁊
ſuam hereſim reuocare an incō-
tinenti quo eſt deprehēſus an in
quacūq parte iudicij.
4 Reuocatio hereſis duo preſup-
ponit.
5 Dictiones iſte cōtinuo: ilico: in-
cōtinēti: ⁊ ſimiles quid importēt.
6 Reuocatio hereſis dz fieri ſpō-
te ⁊ vero corde.
7 Penitētia ſpontanea eſſe debet
⁊ non moroſa.
8 Penitētia heretici qn ⁊ qualiter
dicatur ſpontanea.
9 Hereticus pōt in quacūq parte
iudicij penitere.
10 Denegatū vni ex pluribus: cete-
ris cēſetur eſſe ɔceſſum: ⁊ ecōtra
qd vni ex pluribus noiatim con
cedit͡: ceteris videt͡ denegatum.
11 Hereticus ⁊ ſciſmatic9 cū diabo
lis eterno icēdio ſūt adiudicādi.
12 Bona hereticorū nō publicant͡
niſi p ſniam iudicis eccleſiaſtici.
13 Verba iſta ɔtinuo: incōtinēti: ili-
co: mox: ⁊ ſimilia quid importēt.
14 Gñaliter ⁊ idiſtincte dictū debet
gñaliter ⁊ indiſtincte interp̄tari.
15 Dictio nūq̄ eſt vniuerſal͛r exclu
ſiua tpis ⁊ loci ⁊ cuiuſcunq alte
rius ſubiecti iuxta quē apponit͡.
16 Reuocatio hereſis dupliciter cō
ſideratur.
17 Heretico ēt relapſo in extremis.
penitēti non ſunt eccleſiaſtica ſa
cramenta denegāda.

1 QVinto q̄ro † qd ſi
aliqs deprehēſus
fuerit in hereſi ſit
paratus ſtā errorē
ſuū reuocare ⁊ ab-
iurare hereſim: an
poterit veniā obtinere ⁊ euitare
penas corpales de qbus ſupra: ⁊
videret͡ dicēdū qd nō. ¶ † Q2 in
2 criminibus regulariter maxime
in atrociorib9 nō eſt loc9 pnie ēt
qd fur vltra pnaz ipaz reſtituiſ-
ſet bona furto ſubtracta ɔprijs
dñis non tamen parcitur ſibi. l.
qui ea mente. ⁊ ibi Barto. ff. de
furt. tu. dic quod iſto caſu adnit

titur penitentia per quam euitã
tur pene corporales: vt in .d.c.ad
abolendam in princi. in ver .ibi
niſi continuo ꝛc. de hereti .ꝛ.l.
manicheos.C.eo.tit. ¶ Ex quo
nota caſum ſpecialem in quo in
grauioribus criminibus admit-
titur penitentia ex parte rei qua
euitantur pene corporales ꝛ ma
xime pena vltimi ſupplicij. d.c.
ad abolendam. nam in cõtrariũ
eſt regula iuris cõis. d. l. qui ea
mente. ¶ Sed nunc inſurgit du
3 bium ✝ nunquid iſta penitẽtia ꝛ re-
uocatio hereſis fieri debeat icõ
tinẽti qꝫ primũ fuit deprehenſus
in hereſi. vel ex poſtfacto in qua
cũqꝫ parte iudicij vſqꝫ ad ſniam
vel ei9 executionẽ. quidã dixerũt
qꝺ incõtinẽti fiẽda ſit abſqꝫ vlla
mora ꝛ ſpõte alrſi fieret poſtea
non admitteret. p q̃ opi. allegãt
tex. in .d.c.ad abolẽdã. §.j. in ꝟ.
4 ibi. niſi cõtinuo ꝛc. ✝ vbi tex. duo
principaliter põderare videt ad
hoc vt iſta reuocatio admittat
primum eſt quod fiat incontinẽ
ti poſt deprehenſionem erroris.
¶ Itẽ qꝺ fiat ſponte ꝛ nõ coacte
hoc apperit tex. i. d.c. ad abolẽ-
dã. ꝟ. niſi cõtinuo patefacto cri-
mine ad vnionẽ fidei chriſtiane
ſpõte recherit ꝛc. Ex qbus ꝟbis
manifeſte apparet dictã reuoca
tionẽ fieri deberet ſponte ꝛ incõ
tinẽti ſine tẽporis interuallo ſm
qꝺ declarat ibi Panor. q2 dictio
5 iſta ✝ ꝯtinuo: incõtinẽti: ilico: ꝛ ſi
miles ſunt aduerbia tpalia que
de ſui natura deſiderãt celerita-
tẽ abſqꝫ tẽporis interuallo. l. pe-
nul. C. depoſi. ꝛ ibi Bar. ꝛ Bar.
ꝛ moder. i. l. lecta. ꝟ. dicebã. ff. ſi
cer. pet. l. heredes palã. §. fi. ff. de
teſta. l. j. §. fi. ff. de penu. leg. l. qꝺ
ait lex. §. fi. ff. de adulte. ꝛ per. d.
Alex. in. l. fructus. ff. ſolu. matr. ꝛ
xxxij. q. vlti. apud miſericordẽ. vi
de tex. optimum in. l. ꝯtinu9. in pn.
ff. de ver. obli. ꝛ hãc opi. videt te
nere Panor. Ant. de butr. ꝛ Feli. i.
d.c. ad abolẽdam. vide Abb. ibi
in .v. no. ꝛ i gl. in ver. ſpõte. Pro
q̃ facit iſta ratio euitãde abſur-
ditatis. nam ſi aliter diceremus
ſ. qꝺ iſta reuocatio qñcũqꝫ admit
teretur ſequeretur hoc qꝺ nulli
vel rariſſimi heretici punirent
penis corporalibus q2 quotieſcũ
qꝫ viderent iudicem paratũ ad
exequendũ vltionẽ pene corpo-
ralis ſemp dicerẽt vt euitarẽt vl
timũ ſuppliciũ ſe velle corrigere
ꝛ reuocare errorẽ ſuum ꝛ ſic elu
derent iudiciũ: iudicem: atqꝫ iu-
ſtitiam cõtra ea que habent i. l.
j. ꝛ. l. diu9. ꝛ ibi Bar. ff. de cuſto.
reo. eo. maxime q2 nõ eſt pſumẽ-
dum qꝺ tũc libera voluntate et
ſponte dictum errorem reuocẽt
ſed potius timore pene inſtãtis
ſeu iminẽtis ſuplicij. ita videtur
ſentire. d. Feli. in. d.c. ad abolen
dam. ꝛ idẽ etiã Abb. ibi. in. v. no.
faciunt notata per Bar. i. l. j. ff.
6 qꝺ met. cau. ✝ illa eñ reuocatio
fieri dicitur ſponte ꝛ vero cordeq̃
fit a pncipio qñ nõ adeſt adhuc
metus vrgẽs inſtantis periculi ꝛ
que fit aio ꝛ intẽtiõe amplius nõ
reuertendi ad errorẽ pdictũ. de
peni. diſt. iij. in prin. c. penitẽtia
illa eſt q̃ fit corde cõtrito oris cõ
feſſiõe ꝛ operis ſatiſfactiõe alr
nulla eſt penitentia. de peniten.
diſt. iij. nihil de ꝯſe. diſt. v. nihil.
ij. q. iij. c. fi. §. deſtitiſſe. vbi dicit
deſtitiſſe cũ accipim9 qui totũ
7 animũ agẽdi depoſuit. ¶ ✝ Tex.
eñ veniã indulget his q̃ ſpõte-

cito ad penitentiã recurrũt.l.ma
nicheos.C.de here.l.his qui ſan
ctã.C.de apoſta.⁊ cũ iſta opi.vi-
dent trãſire cõiter doct.cano.in
d.c.ad abolẽdã.quã Abb.in.d.c.
excõicamus.el.ſ.in gl.fi.dicit cõ-
probari ex doctrina dñi Arch.in
c.vt commiſſi.eo.tit.lib.vi.vbi di
8 cit.tãdo tunc reus dꝫ ſponte ⁊ in-
continẽti redire ad fidẽ.ſ.anteꝗ̃
neget ⁊ anteꝗ̃ recipiant teſtes et
crimen probatũ fuerit.et iudiciũ
ad vlteriora proſequat idem etiã
ſentit Joan.de ligna.in clem.ad
noſtrum.eo.titu.Contrariam ta-
men opinionem quã plures non
leuis auctoritatis docto.tenue-
9 runt quod † imo reus admittitur
ad penitentiam ipſam et erroris
reuocationem in quacunq̧ par-
te iudicij etiã poſt ſententiã vſq̧
ad executionem excluſiue.in qua
opi.fuit Abb.predict⁹ in.d.c.ex-
cõicam⁹.el.ſ.extra eo.tit.vbi poſt
lecturã illius.c.extra glo.format
hanc.q.in ſpecie.⁊ demũ conclu
dit ꝙ reus admittitur ad penitẽ-
tiam iſtã:⁊ põt errorẽ ſuũ reuoca
re in quacunq̧ parte iudicij etiã
poſt ſniãm iudicis eccl'iaſtici an-
te tñ illius executionẽ vt latius.ſ.
dicam dũmodo nõ ſit traditus
curie ſeculari.qꝛ poſtꝗ̃ illi tradi-
tus reperitur nõ eſt amplius ſub
ptãte iudicis eccleſiaſtici:⁊ iſtam
opi.dicit ipſe eſſe mitiorẽ et ideo
tenendã pro cuius cõprobatiõe 11
adducit doctrinã Jo.an.in.d.c.
excõicam⁹.el.).in quadã apoſtil
la vbi dicit qd illi tradendi ſunt
curie ſeculari qui conuicti ⁊ con-
dẽnati ſunt ⁊ nolunt ad fidem re
uerti illi ergo q volũt ad fidẽ re-
uerti lꝫ in eo ſtatu ſint in quo tra
dẽdi ſunt curie ſeculari:quod eſt
poſt ſententiam iudicis eccleſiaſti
ci admittẽdi ſunt oĩno ad penitẽ
tiã qd ⁊ tenet ⁊ ſequit etiã glo.in
c.penulti.in glo.fi.extra eo.ti.que
expreſſe vult qd volentib⁹ etiam
poſt latã ſniam ad fidẽ xpi reuer
ti ⁊ agere penitentiã corporalis
pena remittit.p quo facit ẽt tex.
in.l.manicheos.C.eo.tit.vbi im
perator dicit penitentibus veniã
damus ⁊ non limitat neq̧ reſtrin
git tempus ipſius penitentie pro
qua etiam opi.Abb.adducit do
ctrinã Archid.in.c.vt commiſſi.
de hereti.lib.vi.vbi dicit qd rela-
pſis dũtaxat nõ parcitur vt dene
gatur audiẽtia ergo alijs qui nõ
dũ relapſi ſunt non denegabitur
audiẽtia nec eorũ ſpernet penitẽ-
10 tia.¶ † Quia regula eſt quod vni
denegatur ceteris conceſſum eſ-
ſe videnť.l.cũ pretor.ff.de iudi.l.
qui teſtamẽto.§.eũ q.ver.mulier.
ff.de teſta.c.cũ ſit generale.⁊ ibi
glo.de foro cõpe.no.Bal.⁊ doc.
in aut.diaconiſſam.C.de epiſ.et
cle.quamuis Abb.in fi.fatet qd
hec eius opinio expreſſo iure nõ
probať imo poti⁹ poſſet defendi
cõtrariũ in via iuris:qꝛ illud cap.
excõicatus in dãnatis nullã dat
indulgentiã ⁊ tex.in.d.c.ad abo-
lendã.loquimur de redeũtib⁹ ſta
tim.Ego aũt vltra ea q̃ adducta
fuerũt per Abb.p iſta ſua opi.ſu
peraddo tex.in.c.firmiſſime.ex-
tra eo.ti.vbi dicitur qd tõis here
ticus ⁊ ſciſmaticus cũ diabolo ⁊
angelis ei⁹ eterni ignis incẽdio
participabit niſi ante finẽ vite ca
tholice fuerit incorporatus ⁊ re-
integrat⁹ eccleſie.ex quo text.p-
batur qd penitẽtia ipſa admittiť
⁊ exauditur vſq̧ ad extremũ vi-
te.¶ Secũdo pro eadẽ opi.addu

eo tex. in. d. c. vergentis. i ver. filii.
iuncta gl. vbi recipio qđ heretico
reuerſo reſtituuntur bona ex mi
ſericordia ⁊ pietate canonica ſʒ
12 clarum eſt † qđ bona hereticorum effe
ctualiter nõ publicantur niſi per
ſniaʒ. iudicium eccleſiaſtici ſicut fit
i crimine leſe maieſtatis vbi prius
fertur ſnia ⁊ declaratur pena de
inde capiũtur bona. l. quiſq;. ⁊. l.
fi. in prin. C. ad leg. iul. maie. ⁊ in
auct. vt nulli iudi. §. fi. facit. l. ij. et
iij. ⁊. l. fi. C. de ſent. paſſ. ⁊ reſt. ⁊. l.
arriani. C. de heretici. Quibus ſu
peraddo bonuʒ tex. qui mihi nu
per occurrit in. c. cũ ſʒ leges. i fi.
eo. ti. lib. vi. vbi i effectu ↄcludit
qđ licet bona hereticorum a die cõ
miſſi criminis cenſeãtur ipſo iu
re cõfiſcata ſicut bona reorum cri-
minis leſe maieſtatis: vt. l. fi. C. e.
tit. tñ vere ⁊ effectualiter non di-
cuntur eſſe publicata nec actua-
liter apprehendi pñt niſi demũ
ſecuta ſnia iudicis eccleſiaſtici vt
dicit ibi tex. in fi. ſup quo Archi.
dicit qđ licet oẽs cõtractus alie
nationuʒ facti per hereticũ poſt
diẽ cõmiſſi criminis retractari
poſſint eſt verũ poſt latam ſnïaʒ
que retrotrahit effectum ſuũ ad
diẽ ↄmiſſi criminis: ex illa die vi
detur ſibi iterdicta alienatio ad
iſtar minoris vel furioſi vide ipʒ
in. d. c. cũ ſcđm. i fi. i ver. ⁊ eſt ra
tio quia non habuit ius venden
di: vbi expreſſe dt q licet dona-
tio facta per hereticũ ante dãna
tionẽ ea demum ſecuta reuocari
poſſit tñ dominia bonorum hereti
corum nõ pertinẽt ad fiſcuʒ: nec ad
eccleſiam niſi demum donatio-
ne ſecuta ſuper crimine quã fert
iudex eccleſiaſticus cuius cõdẽ-
nationis effectus trahitur retro
ad diem cõmiſſi criminis vt pro
ximie dixi alias ſequeretur quod
fiſcus ſine inquiſitore vel epo poſ
ſet ad libitũ ſuũ bona ipſa vendi
care ⁊ alienare poſt diẽ cõmiſſi
criminis ante ſniam qđ fieri nõ
põt vt dicit ipſe. d. c. cũ ſcđm. in
fi. ergo ſeqtur q illa cõfiſcatio-
que fit ipſo iure nullũ vr habere
effectũ niſi demum ſecuta ſentẽ
tia: ⁊ videt qđ ante ſniam potius
hẽat vim ꝓhibitionis alienãdi:
q̃ dominiũ trãſferẽdi in fiſcũ: vt
ſonant verba tex. in. l. fi. C. ad le.
iul. maie. ſuper qua ⁊ quibuſdam
alijs legibus vr eſſe fundatã deci
ſio. d. c. cũ ſm. ⁊ hoc ẽt eſt de mẽ
te Archi. ibi dum allegat tex. in
l. in cauſe. la. j. §. fi. ff. de mino. qđ
patet ratiõe: quia ſi totũ dñium
tranſlatum fuiſſet in fiſcuʒ a die
cõmiſſi criminis ipſe hereticus
vel eius heredes tenerentur fiſco
ad reſtitutionẽʒ fructuũ omniũ
bonorum ꝑdictorum a die ↄmiſſi cri-
minis vſq; ad diẽ ſententie q null-
libi cautum reperio ſed potius
cõtrariũ. ſ. q habẽt vim ꝓhibi
tiõis alienãdi ⁊ q ipſe hereticus i
hoc equiparetur minori ꝓdigo
vel furioſo quibus eſt interdicta
adminiſtratio ⁊ alienatio bonorum
ſuorum. d. l. i cauſe. §. fi. ⁊. l. ↄſilio. ff.
de cura. furio. ⁊ ibi Bar. Conclu
do igitur in hoc pũcto q vera ⁊
effectualis confiſcatio per quam
dñium trãſfert in fiſcũ ſit ſtatim
poſt latã ſniam ⁊ nõ ante. Unde
ſeqnit qđ reſtitutio bonorum q̃ pe-
tit ꝑ ipſum hereticum reuerſuʒ ꝓ
ſupponit ſniam fuiſſe latã ꝑ ea q̃
ſupra dicta ſunt q̃ quidem ſnia
fingit fuiſſe lata die ↄmiſſi crimi
nis. ¶ Tertio ꝑ ea. opi. facit iſta
rõ quia ſtatiʒ quod fit reuocatio

deficit alterū ex duob⁹ extremis ſubſtātialib⁹ ipſi⁹ hereus. qđ eſt ptinacia in volūtate: vt no. xxiiij. q. iij. dixit apl's. p: dici qđ ē aliud extremū deficit qđ eſt error i rōe. qꝛ reuocādo errorē deuenit in lucē veritatis: ꝛ lucis ingreſſus eſt erroꝛ exclusio. c. cū ex iniūcto. §. j. extra eo. ti. ꝛ no. in. d. c. ad abolēdā. §. j. deficiētib⁹ igiť ꝛ ſublatis ptinacia ꝛ errore q̄ tolluntur per ipſam reuocationē deſtruit here ſis ſubſtātialiter vt late diximus s. eo. ti. in. j. q. iuxta diffinitionē hereſis ꝛ pbať hoc per tex. in. d. c. ad abolēdā. ꝛ. c. vergētis vbi ex poſita regula reorū iſtius criminis ꝛ penarū quib⁹ ipſi cruciant ſubiūgiť imediate exceptio niſi hereſim ipſam reuocauerint: ex quib⁹ manifeſte cōſtat q̄ p reuocationē ipſam tolliť hereſis oino qđ tñ eſt verū in eo q̄ ſemel tantū incidit in crimen nō aūt in relapſo qui abſq̄ vlla ſperenie ſublata ſibi omnia audiētia poſtq̄ fuerit ſecunda vice deprehenſis tradiť ſtatim curie ſeculari vltimo ſupplicio puniendus. d. c. ad abolendam in fi. ꝛ ratio pōt eſſe qđ iſtius reuocatio recuſať ꝛ nullatenus admittitur: qꝛ preſumitur ficta ꝛ falſa ad effectū duntaxat euitādi penas corporales animo potius decipiendi iudicem ꝛ iterum reuertendi ad vomitum vt canis q̄ vere penitēdi. c. excōicamus. el. j. §. qui aūt inuenti. extra eo. tit. ꝛ dicem⁹ infra eo. tit. et in viij. q. ex quo tex. probatur illa p̄ſumptio qđ ex quo alīquis fuit habitus ſuſpect⁹ de hereſi vehemēti ſuſpitione ſi iterum poſtea deprehēdať in ea preſumiť qđ ſp fuerit in ea ꝛ pſeuerauerit i ei⁹ puerſa intentiōe heretica vt. d. c. excōicam⁹. §. q̄ aūt. ꝛ. c. ad abolēdā. in fi. licet in foro cōſcientie ſi vero corde peniteat quo ad deū penitentia illa eſt ſibi ſatis proficua ad ſalutē aie nō aūt corporꝫ vt no. in. c. ſup eo. §. fi. eo. tit. lib. vj. ꝛ infra hac eadem. q. tangam verbū in fine. ¶ Demum Abb. in. d. c. excōicamus. reſpondēdo eo modo quo potuit ad text. i. d. c. ad abolendā. dicit qđ aut iſti heretici fuerūt condēnati p iudicē eccleſiaſticū nōdum tñ traditi fuerunt curie ſeculari ꝛ iſto caſu poterunt admitti ad penitētiā reuocādo. qꝛ ſatis dr incōtinēti dictū errorē reuocaſſe ſi illum reuocarunt anteq̄ tradantur in manibus iudicis ſecularis ꝛ ita procedit diſpoſitio illius. c. aut voluīt reuocare poſtq̄ traditi fuerunt curie ſeculari ꝛ nō poterūt amplius audire quia tunc dicūtur eſſe priuati omni priuilegio eccleſiaſtico propter dgradationē ꝛ iō nō erit amplius locus penitentie. ¶ Aduerte quia iſta ſolutio Abb. nō vř eſſe multum tuta de iure nec ſubſtentabilis ꝛ licet equa ſit in veritate. tñ caret iurꝫ fundamēto: qꝛ nulla lege ne q̄ rōne roborať ꝫ. l. illā. C. d colla. ꝛ auť. de triē. ꝛ ſemiſſ. §. cōſiderem⁹. Itē quia non eſt generalis hec ſua diſtinctio quia non comprehendit niſi clericos: dum dr q̄ poſtq̄ ſūt traditi curie ſeculari amiſerūt omne priuilegiū p degradationem: ſed laici nō degradantur merito ꝛc. et ideo melior ſolutio mihi videtur iſta tenēdo illius opinionem quod ex quo iudex eccleſiaſticus per ſententiā ſuam qua declarauit reum eſſe

verum hereticum et tradendu3 ee curie seculari vt puniat penis corporalibus illa fuit sñia diffinitiua.vt in.c.excõicam9.el primo. §.j.extra eo.tit.ꝛ.c.cum fm.§.fi. eo.tit.lib.vj.ſiue igitur bene pronunciauerit ſiue male ſemel functus eſt officio ſuo.c.i lrís.ꝛ.c.venerabilis.de offic.dlega.ꝛ.l.iudex poſtq.ff.de re iudi.ꝛ iõ non poterit ampli9 ipſam ſñiam reuocare ꝛ reum ipſum ad ei9 manus retrahere p notata p Inno. in.d.c.lrís.de offi.delega.ꝛ multo minus hec reuocatio fieri poteſt poſtq ſñia lata fuit executionem ſuam per illam actualez traditionem que proprie executio eſt.l.a diuo pio.i prin.ff.de re iudi.ꝛ.d.c.in literis.¶Res igit adhuc apparet dubia qꝛ ex dict Ab.nõ datur cõgrua ꝛ cõcludẽs reſpõſio ad tex.in.d.c.ad abolẽdã.in.d.ver.continuo.quod verbum continuo ſiue cõtinuus de ſui natura denotat actu3 immediatum abſq aliquo tpis interuallo ſicut cu dr qd fieri vnico cõtextu intelligit.ſ.antequã qs diuertat ad extraneos act9.l.heredes palam.ꝛ ibi Bart.ff.de teſt. ꝛ hoc probat tex.in.l.continu9. in prin.ff.de verb.obli.vbi dicit quod continuus act9 dicitur ille qui continuatim pficitur vt poſt interrogationem ſequat reſponſio anteq reſpondens diuertat ad alia negocia ad q ſi diuerterit licet reſpondeat eadez die vitiatur actus.ex quo text.probat q illa dictio nõ admittit dilationem vnius diei.Quid dicendu3 caſus profecto videtur eſſe ſatis dubi9:ex vna parte vertit rigor iuris ex altera vero ſuadet equitas:quam ius canonicum recuſare non ſolet.c.j.qui cleri.vl vouen.de peni.diſt.iij.penitentia.ꝛ c.perfecta.et eſt magni effectus iſta reſolutio ex quo hic agit de vita hois.¶Ego do ſum iſtius opinionis ſaluo tñ meliori iudicio quod hec penitentia ꝛ reuocationis admiſſio ſit arbitraria ꝛ in mero iudicis arbitrio conſiſtat:donec reus reperitur in manibus ipſi9 iudicis eccleſiaſtici: l3 nemine adhuc inuenerim q illã ponat.iudex igitur eccleſiaſtic9 poterit illã admittere aut in principio iudicij.i.incõtinẽti poſtq qs fuit deprehenſus i hereſi aut in medio vel i fine iudicij anteq tñ tradat curie ſeculari:citi9 vel tardius:breuius aut longius ſecundum perſonaꝝ cõditionez ꝛ qualitatẽ facti:vt.l.reſpiciendũ. in.fi.principij.ff.de pen.ibi i grauioribus penis legum ſeueritatẽ cum aliquo temperamẽto benignitatis ſuſcipiãt.dicit iurecõſultus loquendo iudicib9 ꝛ i leuioribus pniores ad lenitatẽ.vide tex.in.l.aut fcã.in pn.ꝛ.§.j.eo.tit. vbi dicit plura eſſe ɔſiderãda in penis imõgẽdis ꝛ maxime pſonaꝝ ɔditiones.p quo facit tex.i l.nõ oẽs.§.a barbaris.ff.d re milit.Pro cui9 euidẽtia ſciendũ eſt quod hereſis eſt crimen mere eccleſiaſticũ.d.c.ad abolẽdã.§.pe. extra eo.tit.ꝛ i.c.vt inqſitiõis.§. pen.e.ti.lib.vj.ita qd illi9 cognitio atq deciſio ad ſolũ iudicẽ eccleſiaſticũ ptinet de q iura primũ ɔſiderũt ꝛ maxie i hac materia i q inſtra ptulerũt ei9 arbitrio terminãda ꝑut ẽ mod9 ꝛ forma abiuradi hereſim.d.c.ad abolẽdã.§. niſi.ibi ad arbitriũ epi ꝛc.ite bo

norũ ꝯfiſcatorũ reſtitutio.d.c. vř-
gẽtis.⁊ q̃dã alia ſicut eſt traditio
i manib⁹ iudicis ſecularis iuxta
no.in.c.ſup eo.de here.li.vj.qua
re etiã nõ eſt dicendũ qđ tp̃s ad
mittendi iſtam reuocationez ſit
arbitrariũ ⁊ in ipſius iudicis ar-
bitrio mere cõſiſtat:attẽto maxi
me qđ iſta reuocatio hz inſtar et
ſimilitudinẽ quandã penitentie
ſpiritualis fauore fidei.qui eſt vt
error iſtius hereſis penit⁹ extin-
guať:⁊ qđ xp̃iani omnes ſub vna
fide catholica religioſe viuant.
¶ Quia deus non vult mortem
peccatoris:ſed vt conuertať ⁊ vi
uat vt habeť Ezec.xviij.c.⁊.l.di-
ſtin.ponderet.xxiij.q.ſ.ſi j petrus
⁊ not.in.c.accuſat⁹.§.licet.eo.ti.
lib.vj.⁊ in.c.j.⁊.ij.qui cleri.vľ vo
uen.vbi admiſſio penitentie ⁊ re
uocationis a malo poſt ꝑpetra-
tum ſcelus tota mandatur arbi-
trio iudicis in.d.c.j.diſponiť qđ
quidam diaconus aliũ vulnera-
uerat in ſabbato ſancto:⁊ poſtea
quãdaz mulierẽ duxit in vxorẽ ⁊
matrimonium de facto cõtraxe
rat.đ ibi.ꝑõtifex qđ ſi ille dia-
con⁹ vxore relicta humiliato cor
de ad penitentiã deueniẽs veniã
poſtulauerit ſibi parcendũ erit
⁊ ſi iudici videbitur reſtituẽdus
erit ad officium ſuum in eccleſia
⁊ vlterius quoq; ad preſbyterat⁹
ordinem iudice arbitrante pote
rit ꝓmoueri:cũ ibi ſint duo gra-
uia crimina:nihilomin⁹ ſi inter-
uenit penitentia ⁊ iudici equum
videbitur nõ ſolum parcitur de
linquenti:⁊ ad priſtina officia re 12
ſtituitur veruz etiam ad maiora
extollitur eo maxime quando iu
dex cognoſcit ipſum reum fuiſſe
alias hominem honeſte cõditio

nis ⁊ bone cõuerſationis:vt di-
cit glo.in.d.c.j.de quo veriſimile
ſit qđ đbeat ſe corrigere:ita dica
mus in caſu noſtro quotieſcũq;
iudex viderit aliquez hoc crimi
ne notatum iuuenem ſimplicem
aut mulierem:vel qui alias erat
vir bone cõditionis ⁊ fame:⁊ ho
neſtis conuerſationibus ſolitus
participare non eſt dicendũ qđ
nõ debeat admitti ad reuocatio
nem vſq; ad ſententiam maxime
quando ſpes adeſt ꝙ in futuruz
erit melioris vite.d.c.ſ.⁊.ij.q̃ cle.
vel vo.⁊ argu.l.non omnes.§.a
barbaris.ff.de re mil.l.qđ ſit fu-
gitiu⁹.ff.de edi edic.ſʒ ſi eſſet vir
male cõditionis ⁊ alias crimino
ſus in alijs vel in huiuſmodi cri
mine multũ longeuus.aut alias
fuerit habit⁹ ſuſpectus de here-
ſi nõ dico graui:ſed leui ſuſpitio
ne notatus fuerit:vt in.c.accuſa
tus.in princi.eo.tit.lib.vj.đ quo
ſpes nõ ſit ꝙ in futurum debeat
ſe corrigere:iſto caſu non admit
tatur penitentia ſero niſi incon-
tinenti ⁊c.⁊ ex huiuſmodi circũ-
ſtantijs ⁊ qualitatibus iudex po
terit quandoq; citius quandoq;
tardius admittere illos ad reuo
cationez arg.d.l.aut facta.⁊.l.re
ſpiciendum.in princi.ff.de pen.
⁊.l.j.ff.de cuſto.reo.⁊ ibi Barto.
qđ ⁊ ꝓbari videť ꝑ tex.i.l.mani-
cheos.C.eo.titu.vbi imperator
ſimpliciter dicit penitentib⁹ ve-
niam damus:⁊ non reſtringit ſe
ad tempora vel momenta ergo
debet intelligi in quacũq; parte
iudicij:qz † illa indefinita equi-
pollet vniuerſali.l.ſi plures.ff.de
leg.iij.⁊ per.d.Alex.in rub.ff.ſol.
mat.ſi ergo ius ciuile qđ eſt rigo
roſius admittit ſimpliciter hãc

reuo-

renocationem ⁊ penitentiā: qua
re volumus dicere quod ius ca-
nonicū ad quod magis ſpectat
proſequi equitatem debeat tam
duro mō ⁊ arcte ꝓcedere contra
ipſos reos ⁊ maxime illos q̄ pu
blice penitentes volunt reuerti
ad fidem catholicam: hoc eſſet
nimis crudele ſimpiū ⁊ dānabi-
le potius quā religioſuꝫ ⁊ cōtra
morē eccleſie q̄ nemini penitēti
⁊ redeunti gremiuꝫ ſuū claudit.
d.l.fi.§.equum.C.de ſum.tri.l.di
ſtin.pōderet.xxiiij.q.j.ſi ꝗpetr9.
⁊ not.in.c.ſup eod.titu.lib.vj.et
no.in.c.firmiſſime.extra eo.titu.
⁊ de ꝯſecra.di.iiij.oīs.qđ potiſ-
ſime ꝓbari videtur ꝑ iura ⁊ rō-
nes illas quas ſupra adduximus
ꝑ corroboratiōe opinionis Ab
batis vcꝫ de reſtitutiōe bonoꝝ q̄
fit heretico cōuerſo de qua in.d.
c.vergētis.que reſtitutio fieri nō
poſſet niſi bona predicta fuiſſet
prius effectualiter publicata ⁊ ꝑ
fiſcum apprehenſa: q̄ quideꝫ ap-
prehēſio fieri nō pōt ꝑ fiſcū niſi
demū lata ſentētia per iudicem
eccleſiaſticum.d.c.cuꝫ ſecūdū.§.
fi.in fi.eo.ti.li.vj.nec min9 vrge-
re videtur aliud fundamētū qđ
in penitente tollunt illa duo ex-
trema ſubſtātialia hr̄ſis.ſ.error⁊
rōnis ꝑtinacia volūtatis quib9
deficientibus deſtruitur oīs hr̄-
ſis in ſubſtātia ſua.xxiiij.q.iij.di
xit apoſtol9.c.hereſis.⁊.c.hereti
cus.eadeꝫ cā ⁊.q.cū igit deficiat
crimē.fruſtra tractat de pena.l.
abſentem.ff.de pen.⁊.l.ſancim9.
C.eo.tit.¶ Pro quo facit ēt gl.i
c.excōicam9.el ſecūdo extra eo.
tit.in ver.deprehēſi.que vult ex-
preſſe qđ poſt latā ſniam admit-
titur reuocatio.tex.enim ibi ad-

mittitur reuocationē poſtq̄ hr̄ti
ci predicti in errore fuerint ꝯpre
henſi gl.ſuper illo ver.dicit pu-
blice ita quod ſit notoriū vl' ſint
ꝯdēnati.ꝓ quo facit in arg.tex.i
d.c.accuſatus.eo.ti.li.vj.ſcḋm ꝗpa
nor.vbi relapſis dūtaxat nō par
citur: ergo alijs q̄ nō ſunt relapſi
parcendū erit.¶ Et tenēdo iſtā
opi.quam veriſſimam eſſe puto
nō obſtat tex.i.d.c.ad abolēdaꝫ.
in illo verbo ꝯtinuo ⁊c.qꝛ dictio
iſta ciuili mō debet intelligi cuꝫ
facultate alicuius honeſte: ⁊ ꝯpe
tentis dilationis non tam repē-
tino mō qđ non poſſit aliqꝫ aſpi-
13 rare.nam iſtud v̄bū continuo ⁊
alia ſimilia aduerbia tēporalia
ſicut eſt cōtinuo: ilico: incōtinen
ti: mox: ⁊ ſimilia aliquā dilatio-
nē de ſui ꝓpria natura recipiūt:
q̄nq; vni9: q̄nq; duoꝝ.triū.quin-
q;: decē vel vltra dieꝝ terminū: ⁊
pl9 minus arbitrio iudicis.⁊ ſcḋm
ſubiectam materiam ſcḋm qđ ele-
ganter concludit Bal.in.l.ij.C.
de edic.diui adri.toll.nec min9
ꝓpterea dr̄ i cōtinēti vel ꝯtinuo
aut illico factū id quod factū eſt
poſt modicum interuallū vt ſu-
pra dictū eſt: vt habet ꝑ Bar.in
l.penul.C.depoſi.⁊ ꝑ.d.Alex.in
l.⁊ ſi poſt tres.ff.ſi q̄s caut.⁊.l.ſi
debitori.⁊ ibi Bart.ff.de iudi.⁊
l.cum ſpecialj.C.eo.tit.c.fina.de
verbo.ſign.lib.vj.⁊ ibi Jo.andr.
⁊ Arc.⁊.l.vnica.C.de his q̄ ſe de
ferunt ⁊c.lib.x.⁊ de cōſe.diſtin.
v.nūq̄.vbi ꝯtinuo q̄d dr̄ eſſe fa-
ctuꝫ licet factū ſit poſt temporis
interuallum.vide Bal.in.d.l.ij.
vbi plus dicit quod dictiōes iſte
recipiūt q̄nq; ſpaciuꝫ tpis duoꝝ
vel triū meſiū.⁊ ꝓpterea ille tex.
in.d.c.ad abolendam.non ꝓbat

neceſſario ꝛ concluderet qꝺ per
illam dictionem continuo ceſſa-
tur excluſa oīs mora ſine tp̄is in
teruallum ex quo de ſui natura
patitur moram alicuius tēporis
arg. l. non hoc. C. vnd. cogna. fa
ciūt notata per Bal. i. l. neq̄ na
tales. C. de probat. ꝛ ideo oportu
ne ſuccedit regła illa de qua i. l.
ſ. l. fi. ff. de in. delibe. vꝫ qꝺ vbicū
q̄ ſumus in materia q̄ deſignat
tempus incertū illa incertitudo
remittitur arbitrio iudicis ꝺcla
randa. ita dicit tex. ibi ſed hic ſu
mus in eiſdē terminis ex quo di
ctio iſta continuo eſt incerta rō-
ne tp̄is: q2 qn̄q; nullā recipit di-
lationē: qn̄q; aliquam recipit ſed
paruam quādoq; longā: vt ex ſu
perius dictis apparet merito: di
cam9 q̄ ſuccedit arbitriū iudicis
per qꝺ declarabiť illa icertitudo
d. l. ſ. §. fi. ¶ Pro qua opi. facit ēt
iſta ratio quia de iſta penitētia ꝛ
reuocatione fit mentio in pluri-
bus locis in iure canonico: et ēt
i iure ciuili. ꝛ in. d. c. ad abolēda.
in. c. vergentis. extra eo. ti. ꝛ. c. ac
cuſatus. §. licet. ꝛ. §. porro. eo. tit.
li. vj. ꝛ. l. manicheos. C. de hēti. l.
hi qui ſanctaꝫ. C. de apoſtat. ꝛ tn̄
nullibi reperio qꝺ iura velint ſic
ſtatim poſt apprehenſionē erro
ris dictā reuocationem fieri de-
bere niſi i. d. c. ad abolēdā q̄ tex.
vt prime dixi loquitur per vba
dubia apta de ſui natura cōpre-
hendere dilationē. vt. ſ. vidiſtis
cetera vero iura de hac reuoca-
tione mentionē facientia videli
cet tex. in. c. vergētis. extra eo. ti.
in. c. accuſat9. eo. ti. lib. vj. ꝛ. l. ma
nicheos. C. eo. tit. ꝛ. l. fi. §. equuꝫ.
C. de ſum. trinita. oīa loquūť ide
finite ꝛ idiſtincte: clarū ei eſt qꝺ
ſi reuocatio ipſa fienda eſſet taꝫ
cito ꝺ celeritate hmōi in aliqua
alia. l. ſiue. c. expꝛeſſioꝛ mētio facta
14 fuiſſet ꝛ cū igitur generaliter ꝛ in
diſtincte loquātur iura predicta
generaliter ꝛ indiſtincte ſint itel
ligenda. l. de precio. ff. ꝺ publici.
ꝛ gl. in Clem. ſ. de iudi. ꝛ gloſſ. in
Clemē. ſ. de re iudi. ꝛ alia gloſ. in
Clem. ne romani. ꝺ electio. ꝛ hoc
vꝛ clare expꝛeſſuꝫ in. d. l. fi. §. equū.
C. de ſum. trini. vbi dicitur q̄ re-
deuntibus nunq̄ gremium ſuuꝫ
15 claudit eccłia. que dictio ✝ nunq̄
eſt excluſiua vniuerſaliter loci et
tēporis ꝛ cuiuſcūq; alterius ſub-
iecti iuxta quē apponiť maxime.
qn̄ ſimpliciter pferť ſine limita-
tione. l. nūq̄ actiōes. ff. de actio.
ꝛ obli. ꝛ ea. l. nūq̄ actiones. ff. de
reg. iur. cuius legis ſententia ſum
pta i ſenſu affirmatiuo nil aliud
ſignificat niſi qꝺ eccleſia redeū-
tib9 ex bono propoſito puro coꝛ
de ꝛ fide, nō ficta ſemp tenet gre
miū apertū ꝛ ſalutiferos oſten-
dit amplexus. pro quo facit tex. i
c. pderet. l. di. ꝛ. xxiiij. q. ſ. ſi petr9
¶ Pro qua opi. facit ēt tex. in. d.
c. accuſatus. §. licet. eo. tit. lib. vj.
hoc inō iduct9. ſi ēm fauore fidei
catholice diſponiť ibi qꝺ ſtāduꝫ
ſit aſſertioni ꝛ dicto piuri non ſo
lū cōtra ſe ipſum deponentis ve
rū etiam ꝯtra alios criminis ſo-
cios ꝛ faciat fidē ꝯtra oēs dū mo
do nec timoꝛe nec odio ſꝫ zelo oꝛ-
thodoxe fidei proceſſerit cui9 cō
trariū regulariter in iure diſpo-
nitur q̄ cōfeſſio ſocij criminiſ nō
facit fidem regulariter cōtra cri
minis ſocium imo nec indiciuꝫ:
vt. l. j. §. diuus anto. ꝛ. §. cum qs
latrones. ff. de queſtio. ꝛ. l. qñiaꝫ
liberi. ꝛ ibi Bar. ꝛ Sali. C. de te-

ſti.z.iiij.q.iij.ſi teſtes.in ſi.ver.itē
liberi.z Specu.in tit.de teſt. §.ſ.
ver.item quod eſt ſoci9.quod eſt
verū maxime qñ agitur ad penā
criminis.q: in criminalibus.de-
bēt eſſe pbatiões luce clariores
ad cōdēnandum.l. ſciant cūcti.
C.de pba.ij.q.xiij.quiſquis. z.c.
ſciant.l.licet eñ reuocatio porjs
dicti facta fuerit ex interuallo vt
dicit gloſ.in.d.§.licet.multo ma-
gis dicendum eſt quod eadez re
uocatio debeat ex interuallo ad
mitti an eodē crimine qñ agitur
de abſolutione z ɔuerſiōe pecca
toris dūmodo facta ſit bono ze-
lo zc.maxīe:q: p iſtā interpatio
nē reuertimur ad regulā iurj cō
munis qua cauet quod materia
abſolutionis eſt fauorabilis: vt
no.doc.in.d.l.ſciāt.z in.l.abſen-
tem.ff.de pen. ¶ Et tenendo iſtā
opinionē ceſſat illd abſurdū de
quo ſupra diximus in princ. pri-
me ɔcluſiōis.vcz quod ſi reuoca
tio iſta indiſtincte admitteret ra
ri vel nulli reperirentur heretici
q̇ penis corporalib9 vltimi ſup-
plicij punirentur:q: quotieſcūq
reus videret iudicem paratum
zc.nam ſecundū iſtaz opi.hec fa
cultas reuocādi eſt penitus ſub-
lata rec poſtq̄ eſt tradit9 in ma-
nib9 iudicis ſecularis:vt.ſ.lati9
dictum fuit.ideo ceſſat ratio illa
q: tūc non eſt ampli9 in faculta-
te rei velle reuocare:vt diximus,
ſupra:nec ēt eſt i facultate ſua qñ
velit reuocare dū remanet apud
iudicem eccleſiaſticum niſi reuo
cet incontinenti:ſz eſt in faculta
te iudicj eccleſiaſtici qñ velit ad
mittere ſuam reuocationē:z pe-
nitentiā arg.eorum que habetur
i.d.c.vergētis.ibi niſi illis ad cor

reuertētibus miſereri q̇s volue-
rit zc.z.c.j.z.ij.q̇ cleri. vl' vouen.
¶ Nō obſtat etiā tex.in.d.l.con
tinuus.in pn q: ibi ſum9 in ɔtra
ctu ſtipulatiōis qui perfici debet
vnico ɔtextu z de ſui natura nō
recipit dilationem al's nō dice-
retur factus vnico ɔtextu ſi par-
tes anteq̄ pficerēt recederent ad
extraneos act9.d.l.heredes pa-
lam.§.fi.ff.de teſta.l.lecta.§.dice
bā.z que no.ibi doc.ff.ſi cer.pet.
z hoc eſt de ſubſtātia ipſius con
tractus qd reſpōſio fiat incōtinē
ti a preſente preſenti.l.ſ. §.q̇ pre-
ſens.ff.de verb.obli. ¶ Et iō di-
co qd aut aduerbia iſta tpalia ſi
cut eſt ɔtinuo: incontinēti: mox:
ilico: z ſilia apponunt ſup actu
momētaneo q̇ fieri debet vnico
contextu nulla interueniēte dila
tione: neq act9 extranei interceſ
ſione z ſignificat tp̄s immediatū
z nullam recipit dilationem ſal-
tim que preoccupet extraneum
actum z hoc modo intelligit. d.
l.cōtinuus.in princ.z.l.heredes
palam.§.fi.ff.de teſta. Aut oppo
nuntur ſuper actu ſucceſſiuo vel
termino reiterabili qui requirit
qñq terminum ad deliberandū
vt eſt aditio hereditatis vt.l.cū
antiq̇orib9.C.de iur.delib. z tūc
recipiunt ſemp aliquā dilationē
z internallūz tēporis qñq plus:
qñq minus ſm ſubiectam mate
riam.d.l.penul.C.depoſi.z.l.cuz
ſpāli.C.de iudi.z.l.ſi debitori.ff.
co.tit.z.l.ſi poſt tres.ff.ſi q̇s caut.
z ibi p.d.Alex z Bald.in.d.l.ij.
C de edic.diui adri.toll.z quo-
tieſcunq eſſet incertitudo tpis:
q: non eſſet limitatū nec ſpecifi-
ce declaratum in iure ſtatur ar-
bitrio iudicis z illius declaratio

ni.d.l.ſ.§.ſi.ff.de iu.delib. ¶Qui
bus nõ obſtat etiam illud quod
dicit Arch.in.c.vt cõmiſſi.eo.ti.
libr.vj.dũ declarat qui dicuntur
ſponte ad gratiã redire vbi ↄclu.
ditq̃ꝺ illi dicuntur ſponte redire
qui veniũt intra tẽpꝰ gratie.ſ.an-
teꝗ̃ ꝑſonaliter ſiue corporaliter
fuerint requiſiti ꝛ ꝓbationes cõ
tra eos nondum recepte fuerint
ſi em̃ poſtea cõpareat inq̃ſitus di
citur venire poſt tẽpus gratie au
ditur i ſuis defenſionibus:ſꝫ vo-
lens errorem ſuum reuocare ꝛ ve
niã obtinere nõ admittiť ad gra
tiam:tamẽ idem Archidia.in fi.
declarat dictum ſuum quod tex.
ibi non loquitur de talibus obe-
dientibus quia ſi eſſent tales nõ
deberent poſt reuocationem in-
carcerati ꝛ ſic videtur eſſe inten-
tionis quod poſtquam iſti incar
cerantur poſt reuocationem qꝺ
reuocatio illa admittẽda ſit etiã
poſt negationem:ꝛ receptionem
atteſtationum ex quo incarcerã
tur poſt reuocationeꝫ loco peni-
tentie ꝛ ſic non videntur habere
liberam indulgentiam in omni-
bus.vide Hoſtiẽ.in ſum.eo.ti.§.
16 qualiter.ver.aduerte tñ:ex q̃bus
remanet firma cõcluſio. ¶†Ulti
mo pro complemento iſtius ma
terie reuocationis hereſis dicas
qꝺ duplex eſt reuocatio ꝛ penitẽ-
tia altera q̃ fit ad ſalutem aie dũ
taxat in foro conſcientie:altera
vero que fit ad vtriuſqꝫ ſalutem.
ſ.anime et corporis. ¶Prima
enim indiſtincte fieri poteſt per
quamcunqꝫ perſonam ſuper quo
cunqꝫ crimine et quocunqꝫ loco
ꝛ tempore:vſqꝫ ad finem vite ho-
minis viuentis:vt habetur in.c.
firmiſſime extra eo.tit.dũmodo
facta ſit puro corde ꝛ ſpontanea
voluntate de peni.diſtin.iiij.per
fecta penitẽtia.ꝛ.c.j.ꝛ.ij.qui cler.
vel vouen.c.ſuper eo.de heret.li.
vj. ¶Ex quo infero qꝺ iſta peni-
tentia ꝛ reuocatio eſt generalis
non ſolum ratione perſonarum
ꝛ criminis:ſed etiam ratione lo-
ci ꝛ temporis.d.c.ſuper eo.in fin.
17 †vbi nota caſum mirabilem qꝺ
heretico etiã relapſo in hereſim
qui debet igne vitam ſuaꝫ abſqꝫ
vlla ſpe venie finire:ſi emiſerit
pnie ſigna manifeſta non dene-
gantur ſibi eccleſiaſtica ſacramen-
ta ſicut confeſſio ꝛ eucharistia q̃
bꝰ humiliter ab ipſo reo petitis
nullatenus erũt ſibi denegãda li
cet corpus ſit oino periturū.ita
eſt tex.exp̃ſſus in.d.c.ſup eo.in fi.
¶Secũdo vero caſu qñ eſt peni
tẽtia ꝛ reuocatio q̃ fit gr̃a vtriuſ-
qꝫ.ſ.aie ꝛ corporis ꝛ ꝓ vtriuſqꝫ ſa
lute ꝛ iſta nõ eſt adeo generalis
ſꝫ ſpecialis ꝛ reſtringiť ad loca-
tẽpora de q̃bus ſupra ꝛ iſta nũꝗ̃
competit relapſo.d.c.ad abolen
daꝫ.ꝛ.c.accuſatus.extra eo.titu.
etiam in antiquis.ꝛ in.vj.

¶Summarium.

1 Hereticꝰ qui hereſim abiu
rauit an i ſuis bonis reſtituatur
etiam fiſco applicatis.
2 Gratia quaꝫ hereticus obtinuit
a principe per modum indulgẽ-
tie ad quid valeat.
3 Quantum condẽnationis ſñiaꝫ
ademit tantundem reſtitutionis
tribuit.
4 Bona heretici fiſco applicata
ꝛ a fiſco alienata an heretico re
ſtituto poſſint indifferẽter vẽdi-
cari.
5 Poſſidentis cõditio preualet ce
teris paribus.

Sexto videdū ē ex quo dixim⁹ ſupra qđ bōa hereticoꝝ cōfiſcanf q̄ro ⁊ qđ ſi heretic⁹ q̄ abiurauit hereſim ⁊ obtinuit reſtitutionē bonoꝝ ſuoꝝ: tñ reperit bona ſua fuiſſe p fiſcū occupata an illa poterit a fiſco recuperare. dic q̄ ſic ſi iudici videbit: vt in. d. c. vergenti. i ꝟ. his tamē ⁊c. extra eo. titu. ex quo nota quod reſtitutio bonoꝝ que fit reo poſtq̄ habuit grāz criminis ⁊ pene ē arbitraria de iure canonico quod ſecus eſt de iure ciuili vt. j. ꝓxime dicaz. ¶ Cōtra hoc oppo. de. l. j. ⁊. ij. C. de ſent. paſſ. ⁊ reſt. nam in reſtitutione bonoꝝ que fit reo qui habuit grām criminis ⁊ pene ſunt multum attēdenda verba reſcripti gratioſi ⁊ aut eñ grā fuit elargita a Principe per modū indulgentie ⁊ ſic p ꝟbū indulgeo: aut p modū reſtitutionis ⁊ per verbū reſtituo. ¶ Primo caſu reus non dicif reſtitutus niſi ad vitaz dūtaxat ⁊ bonis ⁊ fama apud fiſcū remanētib⁹. d. l. ij. C. de ſent. paſſ. ¶ Secūdo vero q̄n per modū reſtitutionis ad oia cenſetur eſſe reſtitutus. ſ. ad vitam famā ⁊ bonā. d. l. j. ⁊. l. fi. C. de ſent. paſſ. ⁊ qz quantū cōdēnationis ſnia ademit tātūdem reſtitutionis ſentētia tribuit ⁊ reſtituit. d. l. fina. §. fi. ⁊ ibi. Barto. ⁊. ij. q. iij. ſi quē. ¶ Solutio dixerūt quidā qđ in. d. c. ꝟgētis. reſtitutio fit a lege. ſed in. d. l. j. ⁊. ij. reſtitutio fit a Principe viuente ⁊ ſic ab homine: ⁊ mitius agitur cum lege quam cū hoie. l. celſus. ff. de arbi. iſta ſolu. parū valet: quia reſtitutio de qua i dicto. c. vergētis. fit ab homine q̄ ab ipſa lege habet arbitriū non aūt ab ipſa lege pncipalr ⁊ imediate: ⁊ ido alr dicas quod i reſtitutiōe illa q̄ fit de iure canonico vt in. d. c. vergētis. cōſideraf pncipaliter fauor anime ⁊ fidei ⁊ in ea plurimum attenditur mētis ſinceritas ⁊ conſtantia in obſeruatiōe ⁊ pſeuerātia fidei catholice. d. c. ꝟgētis in ver. ibi niſi illis ad cor reuertētib⁹ ⁊ abiurātib⁹ hereticoꝝ cōſortiū ⁊c. ⁊. d. c. j. ⁊. ij. q̄ cler. vel vouē. In alia vero q̄ fit de iure ciuili vigore. d. l. j. ⁊. ij. nō attenditur fauor aie vel fidei ſed fauor largitas: ⁊ gratia ipſi⁹ Principis ⁊ commodū tēporale ꝗ̄ iō ius canonicū qđ pncipaliter attendit ad ſalutem aie parum curauit de bonis temporalibus ſed diligēter attēdit ad id quod erat mai⁹ periculū. c. vbi periculum. de elec. lib. vj. ⁊ ꝑpterea nō curauit q̄cq̄ certū diſponere de ipſoꝝ bonoꝝ reſtitutiōe: ſz illam totam iudicis arbitrio demādauit: nec in ea curauit vel attēdit ad ſubtilitates verborum iuris ciuilis: an reſtitutio iſtorum bonorum fuerit facta vel conceſſa per verbum reſtituo. aut p verbum indulgeo: ſed qualitercunq̄ facta fuerit gratia bonoꝝ ipſorum reſtitutio ſemper ſtat in arbitrio iudicis. d. c. vergentis. c. ſi pater. de teſta. ⁊. c. licet mulieres de iureiu. lib. vj. Ponam⁹ enim quod ipſe reus omnia bona ſua vel ſaltem maiorem partē ipſorum lucratus fuerat ex fauore: qz dum erat ſub praua heretica ꝓfeſſiōe exercebat magnas vſuras ex q̄bus maiorem partē ſubſtantie ſue cōpoſuerat dicendum ne

erit iſto caſu quod iudex eccleſia
ſticus debeat reſtituere bona di
cto ꝯuerſo. dico quod nõ. vt no.
Card. in Clemen. j. de vſur. ⁊ per
Dyn. in regu. peccatum. de re. iu.
lib. vj. Cum ergo iſte due reſtitu-
tiones ſunt diuerſe: ⁊ ex diuerſis
cauſis fiant merito debent diuer
ſo iure cenſeri. l. papinianus exu
li. ff. de mino. l. penu. ff. de calũ.
cum ſimilibus. ¶ Sed quero re
4 tentis eiſdem terminis † quid ſi
fiſcus bona iſta iam alienauerat
⁊ in priuatos vſus conuerterat ĩ
totum vel in partem contra quẽ
habebit recurſum iſte reſtitutus
⁊ an poterit dicta bona ab ipſis
poſſeſſorib9 vẽdicare. Reſpõ. di
ſtingue aut fiſc9 bõa ꝑdicta alie
nauerat titulo lucratiuo. ſ. dona
tionis: aut legati vel titulo one-
roſo. ſ. venditionis locationis
emphiteuſis ⁊ ſimilibus. ¶ Pri
mo caſu aut bona illa fuerant ac
quiſita ex tenore vel alio iniuſto
titulo: ⁊ non datur repetitio di-
cto reuerſo ad fidẽ ꝑ not. doctri
nam Card. in d. Clem. j. de vſur.
⁊ Dyn. in regula peccatum de re
gu. iur. lib. vj. ¶ Aut fuerunt iu-
ſto titulo acquiſita ⁊ ꝓculdubio
poterit illa vẽdicare. d. l. ij. ⁊ que
notat ibi Bar. l. iiij. colum. C. de
5 ſent. paſſ. ⁊ reſti. † ratio eſt. q2 iſte
tractat dãno euitando illi vero
poſſeſſores de lucro captãdo me
rito iſte preferendus eſt illis. l. fi.
C. de codicil. ⁊ in aut. de impo-
nen'. lucrat. deſcrip. in ꝑn. ¶ Se
cundo vero caſu quando ex titu
lo oneroſo illa vẽdicare non po
terit: ratio eſt vna. quia iſto caſu
vterq3 tractat de damno euitan-
do ⁊ ſunt pares ĩ cauſa. ⁊ regula
6 eſt quod † in pari cauſa potior eſt
cõditio poſſidentis. c. in pari. de
regu. iur. lib. vj. alia ratio viget
⁊ melior: q2 cum iſti poſſeſſores
emerunt a fiſco: q̃ erat ver9 dñs
dcõꝝ bonoꝝ. l. q̃ſqs. ⁊ l. fi. C. ad
leg. iul. maie. ⁊ l. arriani. C. de
hereti. c. ad abolẽdã. ĩ fi. ⁊ c. ver
gẽtis. extra eo. titu. ⁊ c. cum ſecũ
dum leges. eo. tit. lib. vj. merito
fuit in eiſdẽ emptoribus trãſla-
tũ verum dominiũ ipſoꝝ bono
rum ⁊ poſſeſſio: ad quod iudex
eccleſiaſticus: aut ſuperior reſti-
tuendo bona iſti conuerſo non
poteſt reſtituere niſi illa q̃ ſunt
apud fiſcũ quoꝝ adhuc eſt dñs.
alia vero que fuerunt alienata
nõ põt amplius reſtituere abſq3
cõſenſu dominoꝝ ⁊ poſſeſſoꝝ. l.
id quod noſtrum eſt. ff. de re. iu.
fiſcus enĩ ſuccedit in bonis ipſi9
rei tanq̃ heres. vt' l. tutor. C. ad
leg. iul. de vi. pub. ⁊ propterea po
tuit in eos verum transferre do-
minium. l. ſed et ſi lege. § . item ſi
rem. ff. de peti. heredi. ⁊ Bart. in
d. l. ij. in. iij. col. ver. pro declara
tiõe. ⁊ ꝓpterea rei vẽdicatio nõ
datur iſti conuerſo: qu'a illa non
datur contra dominũ qui poſſi
det. l. mater. l. cum a matre. ⁊ . l. a
poſſidentibus. C. de rei vẽdicat.
quomodo igit̃ poterit ſubueniri
calamitati iſti9 peccatoris ꝯuer-
ſi erit ne dicendũ quod oĩno per
dat ſuum dic ꝙ nõ: ſed ſibi ſubue
nitur hoc modo: q2 datur ſibi cõ
ditio ex lege contra fiſcum ad re
cuperandũ pecunias illas quas
ex venditione dictorum bonoꝝ
acceperat: ſi extant. ſi vero non
extant nulla datur repetitio: et
ideo diſtingue ſic ſecundũ bar.
in. d. l. ij. quod aut fiſcus ex pecu
nijs quas accepit ex venditioni

bus ſeu alienationib9 dicto℞ bo
norū fuit effectus locupletior: qꝛ
verſe fuerūt in vtilitatē fiſci aut
nō: qꝛ forſan fuerūt furto ſubtra-
cte aūt alio caſu deperdite. p͛io
caſu fiſcus tenet ad illarū reſtitu
tionem: ſcđo vero non tenet ſm
qđ decidit Bar. in. d. l. ij. quē vi-
de latius exponit ⁊ declarat ibi
hāc materiā per plures qōnes.

¶ Summarium.

Heretico cōdemnato ⁊ re-
uocato que pena ſit imponēda.
Cleric9 in perpetuū carcerē de-
trudendus dꝫ p͛mo degradari.
Pena perpetui carceris poteſt
hodie permutari.

Se primo q̄ro tan here
tico p̄dicto poſt reuo-
cationē hereſis ſit in-
iungēda aliq̄ pena lo
co p̄nīe poſt͞q͞ habue
rit idulgētiā vite. dic ꝙ ſic. qꝛ in-
trudit in ꝑpetuū carcerē ad agē-
dū ꝑpetuā p̄niam. c. excōicam9.
el. ij. ⁊ ibi. gl. extra eo. tit. ⁊. c. j. eo.
ti. lib. vj. ¶ †Et no. qđ clericus q̄
intrudit in iſtuꝫ carcerē debebit
prius degradari ⁊ deinde in ip͛o
carcere mutari. ita dicit text. i. d.
c. j. ibi perpetuo mirandus ⁊c.
qđ videt quid mirabile vt poſt͞q͞
eccleſia admiſit illum ad p̄niam
⁊ reuocauit hereſim publice me
dio iureiurando debeat poſtea
degradari vel ſi degradat9 erat
remanere in eodē ſtatu priuat9
dignitate eccleſiaſtica ſacris or-
dinib9 ac officijs ⁊ bñficijs eccle
ſiaſticis. qꝛ degradat9 dicit in-
habilis ⁊ incapax ad obtinendū
officia ⁊ beneficia eccleſiaſtica. c.
degradatio. iuſi. de pen. lib. vj. et
not. per. d. Feli. in. c. non poteſt.
de re iudic. ⁊ hoc modo videtur

eſſe melioris conditionis laicus
q̄ꝫ clericus. qꝛ laico reſtituuntur
bona q̄ſiqꝫ vt. d. c. vergentis. eo.
ti. ⁊ ſupra late diximus proxima.
q. cogita tñ qꝛ videt ſatis durum
qđ clericus per inſignē peniten-
tiam nō conſequit aliud quā ſo-
lius vite beneficium: quā vitam
miſeram ducet in perpetuis car
ceribus. lꝫ perquā durum ſit tñ
lex ita ſcripta eſt. d. c. penul. ⁊. c. j.
eo. tit. in antiq̄s. ⁊ in. vj. ideo ſer-
uanda eſt. l. proſpexit. ff. qui et a
quib. id dicit Abb. in. d. c. penul.
ꝙ ſatis eſt ſibi ſi euadūt penam
mortis per ipſam reuocationem
cū regulariter nō ſoleat tolli pe-
na corporalis per penitētiā. d. l.
qui ea mente. ⁊ ſupradictum fuit
in p͛in. p̄cedētis. q. nihilominus
3 dicit Abb. in. d. c. pe. quod †pena
iſtius perpetui carceris poterit
hodie permutari ex diſpenſatio
ne ⁊ in alteram ſpeciem cōuerti
arbitrio ſuperioris vt eſt text. in
c. vt cōmiſſi. §. necnō. eo. tit. li. vj.
qui ex eo dat facultas iudici ꝑ-
mutandi penam ipſius perpetui
carceris ⁊ not. ꝙ eſt ius nouum
Bonifacij octaui qui mitigauit
rigorem iuris antiqui. Archi. tñ
in. d. c. vt commiſſi. in fi. dicit qđ
clericus beneficiatus qui eſt pa-
ratus corrigi ⁊ corde nō ficto re-
uerti ad vnitateꝫ chriſtiane fidei
deponi nō debet ⁊ per cōſequēs
retinebit oīa beneficia: ⁊ allegat
gl. que videt bene hoc ꝓbare in
c nūc aūt. xxj. diſtin. in ver. mar-
cellinus. in fi. tamen credo ꝙ di-
ctū Arch. ⁊ glo. ꝓcedat quando
ſpōte ⁊ a principio quis reuoca
uit errorem predictū: non aūt q̄ñ
poſt negationē aut ſniāꝫ: qꝛ dice
ret ꝯ tex. in. d. c. j. eo. ti. lib. vj. ⁊ gl.

in.d.c.excõicam9.el.ij.§.fi.q̃ iura
volũt clericũ poſt reuocationez
debere limitari.ꝛ iõ limitãtvt.s.

ℭ Summarium.

1 ☞ Suſpitio an in materia he-
reſis procedat.
2 Suſpitio vel p̃ſũptio an ſit cauſa
ſufficiẽs ad cõdẽnationẽ: p̃cipue
in atrocibus.
3 Hereticus p annũ abſens ꝛ cõ-
tumax an illius bonis fiſco appli
catis rediens ꝛ cõparens admit
tatur ad ſua bona ꝛ ſui defenſio-
nem.
4 Excõicatus ob cõtumaciã an ſi
p annũ fuit in eadẽ excõicatione
ↄtumax: poterit vt hereticus cõ-
demnari.

1 Octauo quero quid ſi
aliquis fuit deprehen
ſus nõ in hereſi exp̃ſ-
ſa: ſed in aliqua ſuſpi-
tiõe hereſis an ſit pu-
niendus ex qua pena. Reſpõ. ꝙ
iura non imprimunt contra iſtũ
aliquam penam ſaltim a princi-
pio ſed mandant illum debere ſe
ſufficiẽter purgare aduerſus no
tam illam ꝛ congrue docere de
innocentia ſua ꝛ bona fama que
habetur iter fideles chriſtianos
ꝛ viros catholicos ꝛ eccleſiaſti-
cos ex quibus indicijs ꝛ proba-
tionibus purgatur omnis macu
la iſtius peccati: que contra ip̃m
fuerat obiecta: que quidem pur-
gatio q̃nq̃ maior: q̃nq̃ minor: ſi-
ue leuior requiritur ſm grauita-
tem vel leuitatẽ ſuſpitionis ꝛ cõ-
ditionẽ pſone: quã purgationẽ ſi
ipſe ſuſpectus facere neglexerit
poſtq̃ monit9 fuerit ad illam fa
ciendaz erit excõicandus: a qua
q̃dẽ excõicatione niſi ſe legitime
purgãdo intra annum exemerit
anno elapſo vt ver9 heretic9 ↄdẽ
nandus erit: ꝛ eiſdẽ penis hereti
corũ puniendus. ita ad litterã di
cit tex. in. d. c. excõicamus. el pri-
mo. §. qui aũt inuenti. extra eo. ti.
2 ℭ † Ex quo nota caſuz iſtũ valde
ſpecialem in qꝺ quis ex ſola ſuſpi-
tione ſeu preſumptione dãnatur
in atrociſſimis criminibus con-
tra regulã ordinariaz iuris cõis
que hz quod in cauſis criminali
bus debent eſſe ꝓbationes luce
clariores. l. ſciant cuncti. C. de ꝓ
bat. c. pia. de excep. lib. vj. ꝛ. ij. q.
viij. quiſquis ꝛ. c. ſciãt ſed tu' dic
qꝺ ſuſpitio iſta ↄtinuata in cõtu-
macia ꝛ in excõicatiõe p annũ eſt
effecta adeo vehemẽs ꝛ violẽtiſſi
ma ex q̃ dici põt qꝺ ſit orta p̃ſum
ptio iuris idubitata ꝛ p ↄſequẽs
euidens ꝓbatio vt notat Bar. ꝛ
doc. in. l. ſi adulteriuz cũ inceſtu.
in prin. ꝛ i. l. qꝺ ait lex. ff. de adult.
ꝛ Bal. in. l. neq̃ natales. C. de ꝓ
bat. p Alberi. Rãdi. in ſuo Trac.
mal. intitu. de p̃ſump. ꝛ indicijs
indubita. ꝛ Ang. de are. ꝛ ꝑ plu-
res alios modernos q̃s breuita
tis cã non refero hic: dicã aliqua
.l. in vlt. h. glo. igiẽ in. d. c. excõica
mus. §. qui aũt. quã Abb. ibi. mul
tũ cõmendat ꝛ ſequiẽ dicit ꝙ iſte
non diciẽ ex leui p̃ſumptione dã
nari ſed ex violentiſſima que fa-
cit indiciũ indubitatum ꝛ p̃ſum-
ptionẽ iuris exp̃ſſam q̃ vt dixi re
cipit incrementũ ex pertinacia il
lius qui ſtetit in excõicatiõe per
annum ꝛ illius contumacia: qꝺ
tñ contrarium apparet de iure ci
uili † vbi ſi reus ſteterit per annũ
ↄtumax in non comparendo: ei9
bona annotatur ꝛ fiſco applicã-
tur: qui reus ſi intra annum p̃di-
ctum redierit comparens recu-

perat bona ſua ⁊ admittit ad ſe defendēdū.l.ſ.⁊.l.annus.ff.de re qui.re. poſt annū vero rediens nō recuperat amplius bona: ſed ſi vult ſe defendere admittit ad eius defenſiones ⁊ nō condēnat abſens.d.l.j.l.annus.⁊.l.fin.ff.de requi.re.⁊.l.abſentē. ff.de pen.vi de glo.in.d.c.excōicamus.§.qui aūt.q̄ eſt valde notabilis que in fine ponit aliū caſum non min9 ſuperiore notabilē. ¶ †Quid ſi aliquis ex alio crimine quā here ſis ꝓpter eius contumaciam fue rit excōicatus in qua excōicatio ne per annū induratus inſteterit an poterit vt hereticus condēna ri: eo q2 ſubſtinuit excōicationē per annū.⁊ concludit qđ de here ſi cōdēnari non poterit: ſed bene poterit cōdēnari de illo crimine 2 pro quo fuerat excōicatus: q2 illa excōicatio retenta per annū in- durato corde in illa contumacia facit illū haberi: pro cōfeſſo. vide Ab. qui hoc idem tenet in.d.c.ex cōmunicamus.in.ij.colum.

¶ Summarium.

Receptatores ⁊ fautores he reticorū quibus ſunt penis affli gendi.

Hereticorū receptatio omnino eſt interdicta.

Hereticis nemini licet aliquo modo vel quandocunq; aliquid de bonis ſuis relinquere.

Nonc videndū eſt de receptatoribus cre- dētibus ⁊ fautorib9 hereticorū quib9 pe nis puniendi ſunt.⁊ breuiter dicas: quod ꝙ primum de ipſorum crimine conſtat de- clarandi ſunt excōmunicati: in q̄ quidem excommunicatione ſi ꝑ an num indurato corde inſteterint nec ſe corrigere curauerint poſt annum efficiūtur infames vtra- q; infamia ipſo iure notantur: ita quod ſi laici ſunt erunt omni- bus actis iudicis incapaces et vt mortui reputantur: clerici ve- ro hiſdē criminibus notati ſiper annum vt ſupra in excōmunica- tione inſteterint: poſt annū omni officio ⁊ beneficio eccleſiaſtico ſunt priuandi: nec mirandum eſt ſi grauioribus penis clerici pu niunt ꝙ laici: quia vbi maior eſt culpa ſibi grauior debet eſſe vin- dicta.ita dicit tex.ad literā in.d. c.excōicam9.el p̄mo.§.credētes. extra.eo.ti. ¶ Ex quo tex.no.qđ ꝑ eodē crimine grauius puniūt clerici ꝙ laici de iure cano.rōne predicta. ¶ †Nota etiam qđ eſt omnino iterdicta receptatio he- reticorū etiā ſi eſſent parentes: fi- lij: fratres ⁊ ſimiles: nec q̄s excu- ſari pōt rōne ſanguinis: vt dicit glo.i.d.c.excōicam9.§.credētes.

3 ¶ †Quinimo nemini lz eis etiā iter viuos: aut in vltima volūta- te quicq; relinq̄re de bonis ſuis proprijs: ⁊ in euentū in quē poſt mortē alicui9 inuētū fuerit qđ is in vita ſua vl' cā mortis aliq̄d ex bonis ſuis p̄dictis hereticis reli- querit vel donauerit: vt hereti- cus damnandus: ⁊ declarandus erit etiam poſt mortem: cuius ca- dauer ⁊ oſſa ſi in loco ſacro ſepul ta reperiuntur exhumāda ſunt ⁊ in prophanis locis proijcien- da: nec cuiquam parcitur licet eſſet ep̄s: vt in.c.ij.qđ icipit ſiq̄s ep̄us.extra co.tit. ¶ Contra pre- dicta oppo.dum dicitur creden- tes debere excommunicari.d.§.cre dentes.nam tex.in.c.penul.§.fi.

eo.tit.dicit qd credentes debent eisdem penis sicut heretici puniri glos.in.c.accusatus.§.si vero. eo.tit.lib.vj.mouet istā.q.⁊ tangit difficultatem quam Abb.in d.c.excōmunicam⁹.el primo.§.credentes.extra glo.reassumit:⁊ tandē reddunt hanc solutionem quod in.§.credētes.el primo.illi receptātes erāt ignari deillorum praua ⁊ dānabili intentiōe: sed putabāt illos eē bonos ⁊ catholicos viros:nec credebāt illorum errorib⁹:in.d.antē.§.credētes.c.excōicamus.el.ij.eo.tit.qd est penul.sciebāt illos esse hereticos ⁊ credebant ad vnguē illorū erroneis opinionib⁹ ⁊ ꝓpterea cū essent eadē labe polluti ideo vt heretici ꝓprie sunt iudicandi.

¶Uel dicas ꝙ dictio illa credētes in.d.c.excommunicamus.el primo.impropriē ponit hoc est scientes.q̄ illi sciēter receptabāt hereticos non tū credebant eorum erroribus:⁊ ideo puniūtur leuiorib⁹ penis ꝙ̄ heretici in.d. vero.§.credētes le.ij.ponit proprie de credētibus.i.illis q sciunt receptatos esse hereticos: ⁊ etiā quia eorum falsis opinionibus firmiter credūt ideo puniunt vt heretici.vide apostill.d.zachar. super Abb.in.d.§.credētes. que aliter exponit illud verbum: sed mihi non placet.

¶Summarium.

1 Suspectus de heresi semel restitutus an ⁊ quando dicatur in heresim relapsus et vt relapsus puniendus.

2 Ficta probatio an possit esse sufficiens ad vltimū supplicium inducendum.

3 Suspitio leuis ⁊ parua nō reddit suspectū hereticū vel relapsum.

4 Reuocatio heresis non debet esse morosa:⁊ si sit morosa nō est admittenda.

5 Relapsio in heresim dupliciter consideratur.

DEcimo ⁊ vltimo quero quidā fuit habit⁹ suspectus de heresi ⁊ facta canonica purgatione arbitrio epi heresim abiurauit: deinde post tps aliqd deprehēsus fuit in expressa heresi queritur an iste habeatur ꝓ relapso ⁊ puniēdus sit vt relapsus iuxta not.in.d.c.ad abolēdā in fi. vel sit admittēdus ad defensiōes ⁊ pniaȝ ac si nūꝙ̄ fuisset habit⁹ ꝓ suspecto.vt.d.c.ad abolendā.in princi. Rn̄d.tex.in.d.c.ad abolendā in fi.vr̄ velle quod indistincte puniat vt relapsus tex.aūt in.c.accusat⁹.in ꝑn.eo.ti.lib.vj.aliter dicit distinguēdo ⁊ meli⁹ qd:aut suspitio ꝓpter quam ille abiurauerat heresim erat grauis ⁊ vrgēs vt q̄ insurrexerat ex grauib⁹ ⁊ vrgētib⁹ indicijs ⁊ verisilibus ⁊ isto casu iudicatur vt relapsus:⁊ eisdeȝ penis punit absqȝ vlla defensiōe.ita dicit tex.in.d.c.accusat⁹.in princ.⁊ ratio est: q̄ per hāc secundā deprehensionē expressam declarat aīus illius qd prima vice fuerit in mala opinione cōtra fidē xpi: in qua semꝑ presumit ꝯtinuasse vsqȝ ad secūdā deprehēsionē.ita dicit tex.in.d.c.accusatus.in ꝑn. ibi quadā iuris fictiōe cēset esse relapsus. que quidē fictio siue ꝑsumptio est iuris ⁊ de iure cōtra quā non admittit ꝓbatio in contrariū.vt not.doc.in.c.afferte.de presumpt.et.l.quod ait lex.⁊.l.si

adulteriũ cũ inceſtu.⁊ibi Bar.
ff.de adul.⁊.l.filiũ diffinimus.ff.
de his qui ſunt ſui.vl ali.in. l.nõ
eſt veriſimile.ff.quod met.cau.⁊
per Bal.in.l.neq; natales.C.de
proba.¶†Ex quo nota caſum
valde ſingularẽ qđ in criminib9
atrociorib9 quis punitur vltimo
ſupplicio ꝓpter fictas ꝓbatiões
cõtra regulã.l.ſciãt cuncti.C.de
ꝓba.⁊.ij.q.viij.ſ.ſquis.⁊.c.ſciãt.
⁊ vide ſupra que dixi.q. viij. ita
colligit ex tex.⁊ glo.in.d. c.accu
ſatus in prĩci.idẽ ſentit Abb.in
c.excõicamus.et primo.in glo.in
ver.condẽnentur.extra eo.tit.q
als potuiſſet per penitentiã eui
tare penam:ſed tu dic qđ non pu
nitur ibi ꝓpter fictas ꝓbatiões
imo ꝓpter veras ⁊ expreſſas ex
quo fuit depꝛehenſus in hereſi
⁊ propter ea punitur vltimo ſup
plicio:ſed illa prior ſuſpitio hoc
operatur quod preſumitur ſiue
fingitur eſſe relapſus:ex qua fi
ctione ſiue preſumptione dene
gatur ſibi facultas reuocãdi ⁊ ab
iurandi hereſim ⁊ hoc eſt qđ in
effectu operatur illa ſuſpitio.

¶†Si vero ſuſpitio ꝑ qua pri9
abiurauerat hereſim erat leuis
⁊ parua tunc non habetur vt re
lapſus:ſed eſt ac ſi nũc prima vi
ce peccaſſet nec denegabit ſibi
reuocatio ⁊ abiurationis benefi
cium:vt poſſit penas mortis eui
tare:vt.d.c.accuſatus.§.ſ.¶†Et
nota qđ iſto cẽſu teneo cꝑiſti9 re
vocatio nõ ſit admittẽda niſi in
continẽti fiat poſtq̃ fuit deprehẽ
ſus in hereſi ꝓpter illã priorem
ſuſpitionẽ q2 nõ caret ſuſpitionẽ
relapſi ⁊ in hoc vertit ſatis arbi
triũ iudicis qñ velit reuocationẽ
ipſam admittere de quo dixi .ſ.
eo.q.x.in fi.vbi etiã tetigi verbo
de hoc:quod nota ꝑ declaratio
ne eoꝝ que dixi ibi.pro quo facit
qđ habetur in.l.nõ oẽs.§. a bar
baris.ff.de re.mili.⁊.l.quis ſit fu
gitiuus.ff.de edil.edic.⁊ hoc eſt
quod dicit tex.in.d.c.accuſatus.
§.ſ.¶†Et nota vnũ in hac ma
teria relapſionis quod nõ ſolũ
qs dicit relapſus in hereſim ſi in
eadem ſpecie hereſis bis pecca
uerit:verũ etiã ſi in diuerſis ſpe
ciebus inciderit:q2 in hac mate
ria non attendit modus ſiue ſpe
cies peccãdi:ſed ꝯſidera effect9
violationis fidei ad quã oẽs ſpe
cies hereſis tendunt.vide tex.in
c.pen.in prin.extra eod.titu.⁊ibi
Abb.¶Et ex his reddit expedi
ta tota materia hereſis ⁊ prim9
iſte liber iuxta intentionẽ meam
quãtũ ad penas iudiciales:ſi tñ
queris pleniorẽ habere notitiã
de premiſſis crimine ⁊ illi9 ſpe
cieb9 mẽbris ⁊ capitulis vide ꝑ
Theologos in locis.ſ. notatis.
in.ij.q.in fin.ad quoꝝ doctrinas
⁊ rectũ iudicium ſancte matris
eccleſie quo ad ꝑmiſſa ⁊ alia que
fidem ipſam cõcernũt tam dicta
quã dicẽda ſemper me refero.

## ¶Liber ſcđs de Sortilegijs.

Quũ eſt
vt poſt hereſis tra
ctatum ſubijcia
mus titulũ ⁊ ma
teriã Sortilegio
rum que ſepius ex illa deſcẽdũt
vel cum ea habent participatio
nem talem quod ſapiunt here
ſim manifeſte : ⁊ propterea rei
ipſius criminis examini inquiſi

toris heretice prauitatis quandoqꝫ ſubijciuntur: ⁊ eiſdem hereticorum penis crucianť. vt in. c. accuſatus. §. ſane. de here. li. vj. deuenio nunc ad materiam.

¶ Summarium.

1 Sortilegiuꝫ generaliter captum quid ſit.

2 Sortilegi ſunt hūani gñis inimici ⁊ humane ſalutis hoſtes.

3 Sortilegi proprie ſumpti qui dicantur.

4 Sortilegiorū ſpēs cōtinētur ſub verbo noxia.

5 Sortilegiorum profeſſio dupliciter conſideratur.

6 Sortilegiū vnde dicatur.

7 Sors multis modis itelligi pōt.

8 Sortilegiū a quibus ſit inuētū.

1 Primo eñ q̄ro t q̄d ſit Sortilegiū generaliter ſumpto vocabulo p omni ſpecie ſuperſtitionis Reſpō. ¶ Sortilegiū ē ſuperſtitio q̄dā illuſoria et ſumme noxia q̄ vtiť homo Demonis miniſterio: vt habeť. xxvj. q. v. in ſum. ⁊. xxvj. q. ij. q̄ ſine ſaluatore. vbi de hoc. l. nemo. ⁊. l. multi. C. de malefi. ⁊ Matth. ⁊. s. Tho. in ſcđa ſecūde. q. xcv. ar. iij. in tit. de ſuperſtitio. ⁊ not. i. c. j. ⁊

2 ij. de Sortil. ⁊ ideo ſortilegi diuinatores ⁊ malefici hui⁹ diabolice religionis pfeſſi dicunť hoſtes humane ſalutis ⁊ humani generis inimici. l. ⁊ ſi excepta. ⁊. l. ſi. C. eo. tit. Quero nūc q̄s dicit proprie ſortilegus text. ēm. xxvj.

3 q. j. c. ſortilegi. dicit q̄d. ¶ Sortilegi pprie hi ſunt qui ſub noīe ficte religionis p quaſdaꝫ quas ſanctorum ſeu apoſtolorū vocāt ſortes diuinationis ſciētiā profitentur: aut quarundam ſcripturarum inſpectiōe futura promtunt. ex quo tex. not. quod iſti ſortilegi et incantatores ſub falſo quodā ficto religionis nomine ſanctorū vel apoſtolorū ſua cōficiunt ſortilegia: ⁊ hinc eſt quod iſti incantatores ⁊ maxime mulieres in ſuis ſortilegijs ⁊ incantationib⁹ vt vulgariter dicit ſepius dicere iubēt per maleficiatum aut infirmū. Aue maria ā vel Pater noſtruꝫ: aut alias ſimiles orationes ad deuotionē alicui⁹ ſancti apli vel martyris: vt ſub illorū ſanctorū apoſtolorꝫ vel martyrum deuotione ac pſidio opus quod pficiūt videatur miniſtrari: nihilominus omnia illa ſunt falſa ⁊ ficta: ⁊ non ad verā deuotionē ſeu interceſſionē illius ſancti apoſtoli vel martyris dicuntur ſeu vouentur: ſed ſub illa falſa religionis demōſtratione ola opa predicta arte ⁊ preſidio demonis conficiunt ⁊ ſub illius deuotione vouēt de quibus tum latius. j. dicemus. q. v. ⁊. vſ. text. tñ i. d. c. ſortilegi. videť ponere ſolū diffinitionē iſtius verbi ſortilegi ſtricto ſumpto vocabulo q̄d denotat dūtaxat ſpeciem diuinandi: ⁊ ſic ſortilegia diuinatoria. Ego aūt large ſumo hoc verbū ſortilegiū ſiue ſortilegū p omni ſpecie ſuperſtitioſa: ſiue malefica ſiue amatoria ſiue diuinatoria ſit: vt. s. dixi in pn. q. q̄m ſunt tot diuerſa noīa ritus ⁊ ſpēs iſtius diabolice religionis q̄d nimis longū eſſet velle cuiuſqꝫ ſuam ponere diffinitioneꝫ: ⁊ ideo ſub hoc noīe ſortilegij ſiue ſortilegi olim maleficorū ⁊ diuinatorū ſectas comprehenſas habere volo tā𝔮

ſub vno genere comprehendens
ſub ſe omnes ⁊ ſingulas ſpecies
ipſorum maleficiorum in ſubſtā-
tia differentias prout requiritur
de eſſentia vere diffinitionis ſm
Barto.in.l.j.ff.de teſtamē.⁊ dixi
mus ſupra tit.primo in prin.illa
eñi diffinitio eſt bona reſpecti il-
lius ſortilegij ſpālis de quo ibi.ſ.
diuinatiui:ſed volēdo ponere dif
finitionem ſortilegij que compre
hendat omnes pfeſſos cuinſcūq;
ſint ſpeciei ſub eadem generali
diabolica religione dicēdū eſt ſic
4 qꝺ.❡†Sortilegus ppriēis eſt q̄
diabolicā religionē profeſſus eſt
⁊ noxia queq; ſupſtitioſa aut elu-
ſoria demonis inſtructione com
ponit.⁊ ſm hanc diffinitionem
oēs ſpēs ſortilegiorꝫ continenť.
ſub verbo noxia continetur ſpēs
amatoria ⁊ venefica vt infra la-
tius dicitur ſub vbo eluſoria cō-
tinetur diuinatoria ſpecies.ſub
verbo ſupſtitioſa ſortilegia que
fiunt ad ſanandū maleficiatos:
vt.l.nemo.⁊.l.mlti.⁊.l.eorꝫ.C.de
mal.⁊ math.c.ij.de ſortil.xxvj.q.
5 v.ſortes.⁊.c.ſeq.†Iſtorum autem
profeſſio duplex eſt vna tacita:
altera vbo expſſa:de quibus ad
plenum dicetur infra eodem in
iij.q.⁊ vide in ſum conf.in tit.de
6 ſortil.q.ij.⁊ per totū.❡†Sortile
gium autē dicitur a ſorte que in
hac materia accipitur p arte di-
uinādi.xxvj.q.v.ſortes.eadē cā.
7 q.iij.c.ſi.❡†Sors igitur hoc no
men accipiť qñq; p fortuna:vt in
aut.vt oēs obedi.iud.prouin.§.
arripiāt.circa fi.ſumiť etiā p cō
ditione humana:⁊ plurib9 alijs
modis de quib9 per gl.i proem.
Cle.in verſi.ſortis.⁊.l.milites.in
ver.ſortē.C.de teſta.mili.ſꝫ habe
tur in.l.ij.C.cōia de leg.⁊ in.l.ſed
cū ambo.ff.de iudi.vide.d.Fede.
de ſen.in cōſil.cclxxxiiij.quod in
cipit.dñe reuerēde vbi plene exa
8 minauit quid ſit ſors.❡†Queri
poſſet etiam a quibus fuerūt in-
uenta hec ſortilegia:⁊ qui fuerūt
primi qui illa introduxerunt in-
ter hoies?dic qꝺ populi perſi ce
teris curioſiores noſcere ea que
natura humana per ſeipſam fa
cere nec doccre pōt.xxvj.q.iij.e.
igiť genus.⁊ quid ſit ſortilegiū.⁊
q̄d ſint ſortilegi vide Archi.in.c.
accuſatus.§.ſane.ꝺ here.lib.vj.
et in ſumma cōf.in tit.de ſortile.
q.ij.⁊.iij.Hoſtiē.⁊ Rayn.in ſum
ma eo.tit.⁊ ſcdm Tho.in ſum.ſe-
cūda ſecunde.q.xcv.in tit.de ſu-
perſti.ver.ad quartū dicēdum.

❡Summarium.

1 Sortilegiorū tres ſunt ſpe-
cies principales.
2 Sortilegus ſeu maleficiatus nō
curatur niſi ab eiuſdem artis pe
rito ⁊ profeſſo.
3 Ars medicine nō operať in ſorti
legia:q2 diabolus illorū autorē.
4 Remedia arte diabolica malefi
ca ⁊ dānabili diſciplina adhibi-
ta nō ſūt a iure ciuili reprobata.
5 Diuinatio eſt pncipalis ſpecies
ſortilegij.
6 Diuinationū gña ſunt quatuor
7 Diuinatores multipl'r nūcupāť.
8 Nigromantia vnde dicatur.
9 Demones dr̄ ſanguinē amare.
10 Sortilegia amatoria ⁊ venefica
e que puniuntur.

1 Secūdo q̄ro totquot
ſunt ſortilegiorūꝫ
ſpecies.Reſpō.q
mul'te ſūt ac diuer
ſe ſcdm diuerſas
hominū pfeſſio-

nes et formas quibus ille conficiūt: principaliores ĩo et magiſtrales ſunt tres. ſ. Diuinatiua. Amatoria. et venefica. ¶ Prima itaqꝫ dr̄ diuinatiua per quā iſti ſortilegij vſurparūt ſibi nomē diuinatoris p quā futura quedā pñtia vel preterita nobis ignota vaticinari conantur. xxvj. q. v. nō oportet. et. l. nemo. C. eo. ti. de malef. etc. ibi di diuinādi curioſitas etc. et ſm hāc ſpēm ſortilegiū proprie et ſtrictiſſi me ſumitur: qꝛ dicitur a ſorte que in hac materia ſumitur pro arte diuinandi: vt. ſ. dictum eſt. et hoc modo ſumpſit text. hoc verbū in c. ſortilegi. xxvj. q. j. At Joā. lec. in ſum. cōf. in tit. de ſortil. et diui. q. ij. in fi. dicit quod triplex eſt gen9 diuinationis quorū primum eſt quod fit per manifeſtā demonū innocationē qđ ptinet ad nigromanticos. Secundū aūt eſt qđ fit p ſolā cōſiderationē diſpoſitiōis vel motus alterius rei qđ pertinet ad augures. Tertiū eſt dū facimus aliquid: vt nobis manifeſtetur aliqđ occultū quod ptinet ad ſortes: et iſta duo vltima fiunt per tacitā demonū innocationē: vt ibi dicitur. ſub quolibet vero iſtorū generū diuerſe ſunt ſpēs. vt ibi not. et dicetur infra hac. q. col. ij. ver. redeo nunc etc. ¶ Secunda vero ſpecies ſortilegiorū ea eſt que dicitur amatoria qꝛ fit ꝑpter amorē libidinoſum: et vt plurimū ad flectēdū pudicos animos ad libidinē: tā mulierū ꝙ virorū: ſꝫ frequētiꝰ mulierū vt. l. eorū in prin. C. eo. tit. et. l. iij. §. hec adiectio. ff. ad leg. cor. de ſica. l. ſiquis aliquid. §. q abortiōis. ff. de pen. vbi fit mentio de poculo amatorio de quo latius dicem9. j. eo. tit. xij. q. et qđ ſi ex poculo hmōi forſan male ꝯpoſito vł idiſpoſite ſū pto fuerit ſecuta mors abſorbentis qua pēa miniſtrator ille qui exhibuit potandū puniantur de hoc lati9 dicet ibi. et etiā videbim9 qua pena puniantur qñ nō fuit ſubſecuta mors: ſed alius turpis effect9 de quo infra. q. xj. ¶ Tertia ſortilegiorū ſpēs eſt illa que dicit venefica ſiue malefica. et iſta eſt ceteris pernicioſior et magis odioſa pquā multa mala proueniunt et diuerſe fabricantur infirmitates: morbi: et calamitates in humanis ac brutorū corporib9 ex quibus mors ſepius cauſatur quidā eñi hac ſpē malefica polluti cito pereūt. et hoc euenit quotienſcūqꝫ cōpoſitio illa malefica eſt valde atrox et plurimū veneni habet in ſe qđ qualiter fiat infra dicetur. qñqꝫ vero non tam cito mors ꝑuenit: ſed poſt longas luctuoſas querelas: et lachrymabiles fletus pſone maleficiate corpus paulatim conteritur: virtus debilitatur ita quod diū perit: et ꝑpterea ſpecies iſta ſolet dici malefica quia ſemper tendit ad malū. l. eorū. i. prin. et. l. multi. C. e. tit. et ideo nō immerito lex vocat iſtos humani generis inimicos: qꝛ ſemper quaſi tendūt ad hominū necē et deſtructionē: et quādo ꝙ ſola carminis potentia interimūt abſqꝫ vllo veneni hauſtu: vt dt S. Aug. i li. x. đ ciui. dei. cuius dictum inſertum eſt. xxvj. q. v. c. nec mirū. §. magi. l. et ſi excepta. in princi. C. eo. titu. et alibi appellātur hoſtes communis ſalutis l. finali. in princi. C. eodeꝫ titulo. ¶ Quidam vero reperiunt qui eadē ꝓfeſſione muniti et malefi-

te arte eruditi ſupradictas infir
mitates ⁊ maleficas pollutiões
ex languentibus corporib9 aufe
rūt ⁊ corpora ita grauiter turba-
ta breui tēpore ſanant: quib9 ꝟo
medelis ⁊ remedijs ipſox curas
conficiunt ⁊ maleficas illas pol
lutiões remouēt referre nephas
ſt: ☩nec putes qꝺ cure hmōi fieri
olcant abſq ſcientia malefice
rtis et demonis inſtructiōe: q2
maleficeille pollutiones deſtrui
non ſolent niſi per eiuſdez artis
magiſtros vel qui ſint diabolice
profeſſionis bene inſtructi: aut
uo quomodo participes q2 ma
ficia ipſa abſq demonis mini-
terio ⁊ ſuffragio tam reb9 ipſis
ꝫ verbis cōmuniter inferi non
lēt in corporib9 pariter nec tol
.⁊ hoc eſt qꝺ dixit ſanct9 Aug.
ı lib. de ciui. dei prout refertur.
xvj.q.v. nec mirū .i. ſi. quod hu-
iuſmodi remedia ⁊ medelas ars
ō cōmēdat medicox qnippe q2
a nouit. ☩medicina enim natu
lis ⁊ oium phyſicorū ⁊ cyrugi-
rū ars tota cōiter non ſuffice-
t ad ſanandū corpora ipſa ⁊ re
ouendum dictas pollutiones
ıe demōis opera: ⁊ ingenio in
cto corpore fuerunt inſerte: ea
igitur artis pitia et ſuffragio
uum eſt vt tollantur: q2 cuius
condere eiuſdez eſt ſoluere eu
s eſt cōdēnādi facultas eiuſdē
⁊ abſoluendi libertas. l. cōdē-
re. ff. de re indi. ⁊. l. nemo q cō
nare. ff. de reg. iur. Et nihil tā
turale eſt quam eodez genere
odq diſſolui quo colligatum
reperit. l. nihil tā naturale. ff.
regu. iur. Non nego tñ quod
gritudines ipſe ex rebus dun
at naturalibus cauſantur pu-

ta veneni quod ex rebus etiam
naturalibus contrarijs tolli nō
poſſint obq demonis operatio-
ne ſi homines per ſe aut natura
li ſcientia hec ſcire poſſent ⁊ na-
turalium virtutes ⁊ potētias ita
ſubtiliter cognoſcerent ſicut de-
mon: q2 ea que mediantibus na
turalibus proueniunt medianti
bus ēt cōtrarijs naturalib9 tolli
neceſſe eſt per ea que ꝓxime dixi
mus: ſꝫ q2 iſtarū naturalium vir
tutes ⁊ potentie hominū vt pluri
mū ſunt ignote tā in ſpecie quā
in genere in arte medicine: et de
mon q ſubtiliſſim9 eſt ⁊ pfectiſſi
mus naturaliū virtutū cognitor
melius ceteris oia iſta nouit nec
vult illa poſſe cognoſci niſi ꝑ il-
los q ſub ſua fide diabolicā reli-
gionē ꝓfitent: ⁊ ꝓpterea vulga-
riter dicim9 qꝺ maleficia ⁊ egri
tudines hmōi non poſſūt cōiter
tolli per medicos naturalis me-
dicine peritos: ſed ſolum ꝑ iſtos
magos ⁊ incātatores qui ſub ea
dem profeſſione morantur ⁊ qui
maleficia ipſa facere ſolent ⁊ poſ
ſunt illumet eadem deſtruere et
tollere pſit arte ⁊ inſtructiōe de-
monis: vt ſupra. ⁊ habetur ꝑ ſan
ctum Thom. in ſecunda ſcđe. q.
xcv. arti. vj. ⁊. l. eorū. §. fin. C. eod.
4 tit. ☩ſꝫ nota qꝺ de iure ciuili re-
media iſta nō ſunt dānāda: ⁊ hi
q dicta remedia faciunt ⁊ ſanāt
lāguores ꝑdictos nulla pena pu
niunt de iure ciuili licet id agāt
arte malefica ⁊ damnabili: diſci-
plina: vt eſt tex. i. d. l. eox. §. fi. C.
eo. titu. tamen de iure canonico
nō licet aliquo modo hoiem male-
ficiatum contrarijs maleficijs li
berare. xxvj. q. vlt. admoneāt. de
quo tamen latius dicem9 infra

q.xv. ¶ Sequitur mō: vt videa-
mus de alijs ſpecieb⁹ ſortilegio
ruꝫ que ſunt quodammodo ſpe-
cies ſubalterne ad illas de qb⁹
ſupra que in veritate, potius vi-
dentur reſpicere finem ⁊ effectuꝫ
ipſorum ſortilegiorum quā prin
cipium: infraſcripte vero reſpi-
ciunt finem principiū ⁊ mediuꝫ:
⁊ iſte diuerſis nominibus nūcu- 7
pantur ſecundum diuerſos mo-
dos ⁊ formas quibus conficiun
tur ⁊ eiſdem nominibus appel-
lantur eorum magiſtri ab ipſa
5 eoruꝫ arte cognominati. ¶ † Ve
deo nunc ad primam ſpeciē que
eſt diuinatiua que inter ceteras
obtinet principatum in qua plu
res homines communiter deci-
piuntur atꝗ incidunt quam in
alijs: quia natura humana ⁊ illo
rum maxime qui ſunt curioſi na
turaliter appetit ſcire q̄ maiora
ſunt naturali ſciētia et humano
intellectui occulta nimis. ¶ Et
ideo videm⁹ quod communiter
iſti ſortilegi nigromātici magi ⁊
ſimiles quotieſcūꝗ volūt operi-
bus ⁊ ſuperſtitionibus ſuis fidē
adhiberi licet extranei ſint ⁊ pe-
nitus ignoti aliqua que ex prete
rito alicui acciderant eidem ad
vnguem prout euenerāt referre
ſolēt quorꝫ relationes: qꝛ ſapiūt
veritatem alliciunt hominum
mentes ad credendum ſibi etiā
ea que falſa ſūt omnino iſta fuit
ſententia. S. Auguſtini in lib. x.
de ciuita. dei relata per ſacros.
Canones in. c. nec mirum. §. nul
lum ſuffragiū. xxvi. q. v. ſub hac
enī ſpē plures militāt magiſtri:
⁊ omnes fere malefici profitent
6 artem predictam. ¶ † Pro cui⁹
euidentia ſciendum eſt quod di
uinationum quatuor ſunt gene-
ra ſiue ſpecies: ſicut q̄tuor ſunt
elementa. Primuꝫ videlicet geo
mantia que fit in elemento ter-
re a geos quod eſt terra: et man
thos. i. diuinatio. Hydromātia
que fit in aqua ab hydor: quod ē
aqua. Pyromantia q̄ fit in igne
a pyr: quod eſt ignis ⁊ aeriman-
tia que fit in aere † Hinc dicti ſūt
Geomanti: Hydromāti: Pyro-
manti: ⁊ Aerimanti: qui artes ip
ſas profitentur: vt exponit text.
xxvi. q. iiij. c. igitur genus. in pn.
que vba fuerunt aſſumpta ex di
ctis ſancti Aug. i lib. de nā dino
num. ⁊ Hoſt. in ſum eo. ti. in pn.
Quorꝫ q̄dā ex ipſis profeſſorib⁹
appellant. ¶ Diuini ſic dicti q̄ſi
deo pleni. Iſti ei diuinitate ſe eē
plenos ſimulāt ⁊ aſtutia quadā
fraudulenta hominibus futura
coniectant. ¶ Alij dicuntur In-
cantatores ⁊ hi ſunt qui artē ver
bis tantum peragunt: ⁊ eſt quan
doꝗ tāta iſtorū potentia carmi-
nis vt verbis ſuis abſꝗ aliquo
veneni hauſtu occidūt: vt habe-
tur. xxvi. q. v. d. c. nec mirum i pn
cipio. ¶ Quidaꝫ alij ſunt Arioli
ſic dicti: quia circa aras ydolorū
nepharias preces emittunt ⁊ fu-
neſta ſacrificia offerunt: quibus
celebratibus demonum reſpō-
ſa ſuſcipiunt. ¶ Alij dicuntur
Aruſpices quaſi horarum inſpe
ctatores. hi enī obſeruant tēpo-
ra dies horas ⁊ momēta ex quo
rū obſeruātia bona vel mala fu-
tura predicunt: hi etiā inteſtina
pecudum inſpiciūt ⁊ ex his futu
ra pronoſticant. ¶ Alij ſunt Au
gures qui volatus auiū ⁊ voces
intendunt: inde dicitur augariū
quaſi auiū garium. ¶ Alij dicū-
tur Phitoniſſi

tur Phitoniſſi q̃ q̃dã religiõe dia bolica pfeſſione ſectãt.a Phito ne.i.apolline dicti q̃ auctor fuit artis diuinãdi.¶ Alij ſũt Aſtro logi qui in aſtris vaticinantur: an vero ſit hodie permiſſa vati cinatio per aſtrologiam dicetur infra.q.ſequen. ¶ Alij dicuntur Genethliaci ſic vocati propter natalicioꝝ conſiderationes. iſti enim capiunt diem natalis et ho ram alicuius ⁊ per.xij. celi ſigna ſyderumq̧ curſus calculantur: et predicunt felices: ⁊ infelices ſutu ros euentus ⁊ mortem quando q̧. ¶ Alij demum ſunt Salito res ſic dicti: quia dum cuiquam membri aliqua pars ſalierit ali quid exinde ſibi proſperum: aut infelix ſignificari predicunt. hec omnia declarantur per text.in.d. c.igitur genus.que tamen nõ pro doctis viris: ſed pro iunioribus et rudibus referre placuit quib9 ſuperaddo. ¶ Nigromanticos qui per Nigromantiam vatici nantur quia videntur eorum in cantationibus et coniurationi bus reſuſcitari mortui quibus p dictos nigromanticos fiunt iter rogationes: et illi ad eorum in terrogata reſpondere ✝ ſic dicti a nigros ſiue nigron grece: quod latine dicitur mortuus ⁊ mantio diuinatio: ⁊ vt plurimum quan do hec ſiũt ipſi magiſtri adijciũt ſanguinem cadaueri. ✝ quia de mones dicuntur amare ſangui nẽ et propterea quotieſcunq̧ fit nigromantia cruor aqua miſce tur vt demones colore ſanguinis facilius prouocentur hec haben tur in.c.nec mirũ.xxvj.q.v.in. §. nigromantici que pro tyronibus ſimiliter adiuncta fuere. ¶ Uidẽ Tracta.do.

dum eſt modo qui ſunt profeſſo res: ſiue magiſtri qui in ſecunda et tertia ſpecie ſortilegiorũ mili tare ſolẽt. ⁊ breuiter dicas quod hi qui ſũt profeſſores artis ama torie et in illa ſortilegiorum ſpe cie militant ijdem in venefica ſpe cie profitentur et iſti appellantur magi.ſ.qui artem magicã profi tentur: vt dicit textus in.l.eorum. in princi. C.eo.titul. ⁊.d.c.nec mi rum.§.magi. ⁊ iſti ſunt qui vocan tur etiã malefici ob facinorũ ma gnitudinẽ: vt dicit tex.in.d.§. ma gi.Jus enĩ ciuile ⁊ iſtos vtriuſq̧ ar tis magiſtros equiparauit tam in factura quam in penis.ſ.illũ qui conficit ſortilegia amatoria: ⁊ ſortilegia venefica: ⁊ vtrũq̧ pa riter eadem pena puniri iubet: vt d.l.eorum.in princi. ⁊.l.ſi quis ali quid.§.qui abortionis.ff.de pen. an idẽ ſit de iure canonico quod eadẽ ſit i vtroq̧ pena ſtatuta aut diuerſa dicemus: infra eo.x. qõ. ¶ Sunt quidã qui dicuntur in cantatores qui ſola potentia car minis perſtringunt hominũ vi tas: iſti ſolẽt vt plurimum in ter tia militare: ⁊ quidã alij q̃ ſupra in prima ſpecie expreſſi ſunt.in hac tertia ſepius ſe exercent: vt ſunt Arioli qui in eoꝝ ſacrificijs: ⁊ imolationibus adiungunt quã doq̧ imagines cere: vel crete re cẽtis ⁊ illas iuxta feruentiſſimũ ignem apponunt vel acubus ea rum capita vel latera perforant baptizant: ⁊ quã plura alia tur pia faciunt: que conueniũt tertie ſpeciei vt latius infra dicetur in ſequen.q. ⁊ Nigromantici ſimili ter ſepius ſolẽt in tertia ſpecie la borare de quibus ſimiliter dice tur infra in.d.q.ſequen.

¶Summarium.

1 ☞Sortilegia multꝭ fiũt modis.
2 Sortilegiorum profeſſio duplex.
3 Sortilegij profeſſio tacita quali- ter fiat.
4 Sortilegij profeſſio expreſſa du- pliciter conſideratur.
5 Sortilegij profeſſionis expreſſe modus et ſolennitas.
6 Sathanas ſummopere cupit a- dorari.
7 Sortilegi vtũtur venenorum cõ- poſitione.
8 Deus nullaꝫ recipit temporis di ſtinctionem.
9 Theſauri an arte diabolica poſ- ſint inueniri.
10 Aſtrologi chiromãti ⁊ ſimiles q̃ futura predicũt an pena ſacrile- gij puniantur.
11 Sortilegia tam amatoria ꝙ vene fica dupliciter fieꝛ dicuntur.
12 Sortilegia quo mediãteꝗ vel qua vi operentur.
13 Sortilegium amatorium non ca dit in inuitum.
14 Sortilegium amatoriuꝫ requirit puram et liberam voluntatem.
15 Amor non poteſt in inuitum ca- dere.
16 Sacramenta eccleſiaſtica an effe ctiue poſſint in ſacrilegijs cõcur- rere.
17 Sacramenta eccleſiaſtica cuius ſint efficacie.
18 Demones magicis artib9 aduo- cati ſignis: ritibus ⁊ carminibus ipſorum magorum etiam inuiti comparere coguntur.
19 Acharon nomen eſt diaboli.
20 Sortilegium maleficum quid ſit ⁊ cuius ſit efficacie.
21 Uenena quare ⁊ quando dican- tur bona vel non mala.
22 Uenena mala que dicantur.

1 Ertio q̃rotquot
modis ſunt ſorti
legia loquẽdo d
oi ſpecie: vt ſu-
pra. Rñd. mul-
tis: ac varijs mo
dis fieri poſſe.
2 ¶Ꝑro cui9 itelligẽtia ſciẽdũ eſt
qḋ duplex eſt ſortilegioꝝ ꝓfeſſio
tacita.ſ.⁊ expꝛſſa itelligẽdo de ꝓ-
3 feſſis cuiuſcũqꝫ ſpeciei. ¶Taci-
ta eñ ꝓfeſſio ẽ ꝓmiſſio q̃dã quaꝫ
q̇s facit alteri ꝓfeſſo de obſeruã
do q̃ ſibi mãdauerit ſub ꝓmiſſio
neqꝫ grãdia faciet: ⁊ mirabilia ĩ
vita ſua cognoſcet futura: et mul-
ta alia his ſiſia dũmodo fideꝫ ca
tholicã abijciat: ⁊ oia eccleſiaſtica
ſacramẽta peſſũdet: ⁊ totis ei9 vi
rib9 adhĩbit cultui ⁊ obedientie
ſui magiſtri ⁊ illũ tãꝙ verũ ꝓnci-
pẽ adorabit cultũ vere adoratiõis
ſub idoloꝝ forma ſibi ꝑſtando et
alia hmõi turpiora pacta: ⁊ cũcta
opa ꝑ ipm faciẽda ſub illi9 noīe
⁊ deuotiõe ꝯficiet: ⁊ iſta dr tacita
ꝓfeſſio: qꝛ nõ fit ꝓpe cũ dmone ſꝫ
cũ miniſtro dmonis ⁊ ĩ q̃ nulle in
teruenjũt ſolẽnitates extrĩſece q̃
ĩteruenire ſolẽt ĩ expꝛſſa ꝓfeſſiõe
ſicut ẽ ſolẽnꝭ ſtipulatio fides ꝑſti-
ta ꝑ iuramẽtũ: d obſernãtia ꝓmiſ
ſoꝝ: itẽ homagiũ ⁊ fidelitatꝭ ꝓmiſ
ſio erga demonẽ vna cũ poſterga
tiõe ⁊ oĩmoda diuiſiõe fidei chri
ſtiane ⁊ alijs q̃ ĩ ea req̃rũt: vt ĩ.c.q̃
ſine ſaluatore.xxvi.q.ij.⁊ vid ſum.
ꝯfeſ.e.tit.q.iij.⁊.vſ.vbi fit mẽtio d
vtraqꝫ ꝓfeſſione ⁊ pacto habito
cũ demone.ſ.tacito ⁊ expꝛſſo: ⁊ eo.
ti.q.x.ĩ ſi.quã ſubmiſſionẽ ipſe de
mon poſtea ratã hꝫ: ⁊ reddit ſe fa
cilẽ ĩ obſeq̃ndo volũtati: ⁊ appeti
tui illi9 ſicut alioꝝ q̃ facto oia ſor
tilegia ſicut expꝛſſe ꝓfeſſi fabrica-

incipiũt vtibi not.⁊ notaṫ etiã quẽdã modernũ Theologũ in uoda ſuo tracta.de ſtrigi.mag. emon mirand.lib.ſ.c.iiij.⁊.l. ne ioꝛ.l.eoꝛũ ĩ pn.c.eo.ti.⁊ i.c.ij.de ꝛtileg.vbi diciṫ de illo q̃ aſpicie at in aſtrolabio ꝑ inueniendis urtis.⁊ de hac tacita pꝛofeſſione videtur etiã meminiſſe tex.ſi be ne conſiderentur verba ſua in.d. c.nec mirum.§.nigromatici ver. ad hec oĩa.vbi poſt narrationem certoꝛum remediorum que fiunt erga maleficiatum pro ſalute coꝛ poꝛis ſubiũgit textus hec omnia fieri arte demonum ex quadã pe ſtifera ſocietate hominum ⁊ an gelorũ malorũ exorta. ¶ Altera vero diciṫ pꝛofeſſio expreſſa:⁊ eſt illa que fit expꝛeſſe cum pꝛo pꝛio demõe:⁊ iſta eſt duplex. Una que dicitur ſolemnis ſiue publica:altera que dicitur priuata. Solemnis enim et publica:eſt illa que fit cum demone dum publice reſidet in ſolio maieſtatis moꝛe pꝛincipis:quando fiũt vniuerſales congregationes omnium ſtrigarum ⁊ maleficioꝛum nigromantũ cuiuſcũq; generis ꝓfeſſoraꝫ certis nocturnis hoꝛis locis: ⁊ tempoꝛibus demonis arbitrio conſtitutis vbi vniuerſis aſtantibus fit iſta pꝛofeſſio. ¶ Priuata vero eſt illa que fit cum ipſo demone pacto expreſſo cum iuramento: vt infra:citra tamen ſolemnitates:⁊ hominum multitudinem: vnde contra iſtos dicitur Eſa xxviij.c. Dixiſtis percuſſimus fedus et cum inferno fecimus pactum.⁊ de hac fit mentio in ſum. confeſ. eodem titulo. q. iiij.in princip.⁊.q.xſ.⁊.xij. fiunt quãdoq; eiſdem ſolemnitatibus quibus fieri ſolent vere ⁊ ſolemnes pꝛofeſſiones monachoꝛum in chriſti religione dum pꝛofitentur regulam monaſticam relinquentes mundum illi vere faciunt contrarium quia relinquunt primo deum ſaluatoꝛem abnegantes illius nomen ⁊ baptiſmum:⁊ poſt ea reliqua ſacramenta eccleſie: deinde adherẽt demoni eidemq; perpetuam obedientiam ſpontanea voluntate pꝛomittunt ſuperaddentes etiam ſacramentum ⁊ homagium indubitatum adeo quod penitus efficiũtur demoni ſubiecti ⁊ pluſq̃ vaſſali.⁊ ex tunc contrahitur inter hominem ⁊ demonem amicitia quedam ⁊ peſtifera ſocietas ex qua multa mala ⁊ turpiſſima opera conficiũt:⁊ q̃dam alia turpioꝛa faciunt que referre nõ audeo:vide illũ modernũ Theologũ i.d.trac.de ſtrig.de mõ.mirã.li.j.c.iiij.c.vbi lati⁹ oĩa iſta ponit:⁊ in ſum.cõfeſſ.eo.ti.c. iij.⁊.iiij.in princ. ¶ Iſti ꝯo q̃ expꝛeſſam ꝓfeſſionẽ fecerũt reddũt etiã expꝛeſſum cultũ adorationis demoni per ſolemnia ſacrificia q̃ ipſi faciũt diabolo imitãtes in oĩbus diuinũ cultũ cũ paramentis luminarib⁹ ⁊ alijs huiuſmodi ac pꝛecibus quibuſdam ⁊ orationibus quibus inſtructi ſunt adeo ipſum adoꝛant.⁊ collaudant continue ſicut nos verum creatoꝛem adoꝛamus.xxvj.q.v.contra idolorum.⁊ eſt glo.in.c.accuſatus.§. ſane.de here.lib.vj.⁊ in ſum.conf eſ.eo.ti.q.ij.⁊.iiij.⁊.xxvj.q.vj.non obſeruetis ⁊ eadem cauſa.q.ij.q̃ ſine ſaluatoꝛe.vbi eſt bonus tex.ĩ quibus autem locis ⁊ quibus tẽpoꝛibus hec faciunt dicetur infra.q.ſequen. Et hoc pꝛocedit:q⁊

diabolus ſummopere deſiderat
ab homine adorari ⁊ deum ipſuʒ
creatorem in hac adoratione imi
tari: quod ꝓuenit ex illo peccato
ſuperbie quo ipſe Sathanas vo
luit ſe facere equalē deo ⁊ pariter
ſicut ipſe adorari quod peccatum
adhuc in ſe retinet. vt dicit. S.
Tho. in ſecūda ſecunde. q. xcv. ar
ti. v. ⁊. S. Auguſtinus in lib. x. de
ciuita. dei. cui⁹ dicta tradita ſunt.
xxvj. q. v. nec mirum. §. auguria.
ver. ſed hoc quoſdam fallit ⁊ ver.
6 ad hoc vbi dicitur quod †Satha
nas ad hoc valde nititur vt ado
retur quaſi deus ⁊ propterea illi
qui interueniunt in dictis ſacri
ficijs ⁊ expreſſe ipſum Sathanaʒ
adorāt ipſi ſunt ſibi ceteris ꝑdile
ctiores ⁊ nihil petunt quin exau
diantur ab eo ex his que ipſe fa
cere poteſt: ⁊ ſi petunt ea que ipſe
facere non poteſt fingit illa face
re poſſe ⁊ per multas illuſiones
decipit ſuos profeſſos: ⁊ ꝓpterea
dicunt quedā qꝺ ſortilegia ⁊ ma
leficia que fiunt per iſtos ſunt ce
teris atrociora et grauiora ꝗppe
quia diabolus ſummopere cupit
iſtis complacere a quib⁹ maius
premium recipit et iſti ſunt qui
ſolent quādoqʒ ſtruere imagines
cere: vel crete: ſeu alicuius mixtu
re gummarum ⁊ ſimilium. ⁊ dicit
S. Aug. in lib. xxj. de ciuitate dei
hec verba not. quod demones
alliciūtur his rebus caractheri
bus ſignis et carminibus magi
corum non tanꝙ animal cibis:
ſed quaſi ſpiritus ſignis: quia
enim homines in ſignum ſubie
ctionis eis offerunt ſolemnia ſa
crificia et proſtrationes faciunt
gaudent ſummopere huiuſmodi
reuerentie ſigna ſibi exhiberi al
liciuntur autēʒ diuerſi demones
diuerſis ſignis ſecundum quod
diuerſis vitijs ipſorum magis cō
ueniunt verba Sācti Auguſtini
relata per San. Thom. in tract.
qq. diſpu. ſ. partis in titulo de mi
ra. q. x. verſi. reſpondeo in fi. vbi
dicit. quod Demones certis tem
poribus obſeruatis ⁊ determina
tis carminibus ⁊ ſignis ritibus
⁊ imaginibus conſecratis vel po
tius execratis euocati adueniūt
quas imagines iſti malefici por
tare ſolent ad loca ſacrificiorum
deputata: quib⁹ completis com
poſito ingenti igne dictas ima
gines primo baptizant in nomine
Beelzebub principe demoniorum
ſeu Sathane ⁊ quibuſdam alijs
turpioribus verbis que referre
non audeo: quibus ſic peractis
imagines predictas igni adhe
rent ⁊ ibi petunt que mala ⁊ infir
mitates volunt in vera naturali
perſona illius quem vel quam
ipſa repreſentat imago inferri et
quibus doloribus ⁊ tormentis
cruciari quandoqʒ enim acubus
vel alijs ferris acutis perforant
ſibi capita coſtas femora pectus
ventrem: aut aliam corporis par
teʒ in qua cupiunt exoriri infirmi
tatem in perſonam maleficiati.
de quibus imaginibus fit mētio
in ſuū. confeſ. in tit. de forti. q. xij.
vbi diciturqʒ hi qui faciūt dictas
imagines dicuntur aſtronomi et
illas vocant aſtromonatas: que
omnia opere demonum habent
effectum. cuius ſignum euidens
eſt quia in eis neceſſe eſt ſcribi
quoſdā caractheres qui natura
liter itelligi nō pñt ⁊ ad nihilum
operant niſi ad opera demonum
execranda: ⁊ illuc ad medicū tem

us auditur persona illa cōtra quaʒ sortilegia ⁊ maleficia p̄dcā facta fuerūt qꝫ grauiter dolet ⁊ lamentatur de maximo cordis viscerum ventris femoris stomachi, aut capitis dolore dicēs graui q̄dā infirmitate repentina cruciari quā nullus medicorū cognoscere nec curare potest: ⁊ hec est illa quam sortilegus demonis arte malefica sibi imposuit interueniēte postea sortilegio formali: vt infra dicaʒ: ⁊ ista est veritas cui nec sacri canones nec sacrorum theologorum schola repugnat. vt. in. d. c. nec miruʒ. §. si aūt quilibet opponit. circa fineʒ vbi adhoc speciale quesitum respondet. S. Aug. ⁊ fatet quod: demones possunt in sanis corporibus christianorum immittere egritudinem mediāte ministerio sortilegi ⁊ malefici: sed reprehendit illos qui credunt in eis propter periculū anime: quia qui in illis credunt recedunt a fide christiana in totum aut dubitant siue vacillant in ea. arg. c. j. extra de hereti. ⁊ diximus supra
7 tit. primo. q. ij. ¶ † Non tū tibi persuadeas quod ex sola illa imaginum obseruantia tactu ⁊ ceremoniis absqꝫ alia factura ⁊ maleficio possint huiusmodi infirmitates in dictis humanis corporibꝰ exoriri: quia hoc esset ridiculum credere: sed fiunt postea venenorum compositiones ⁊ conficiunt mixturas maleficij quod prestāt maleficiādo aut in corpore aut extra corpus in corpore. s. per pulueres venenorū cōmixtos in cibo: aut potu persone maleficiande: aut per varias vnctiones factas in aliqua corporis parte: qua egritudinem cupiunt exoriri: extra corpꝰ vero fiūt: quādo ipse facture siue maleficia sic in vnum composita, absconduntur in lecto persone maleficiande super quo iacitura sit aut sub limine hostij interius vel alterius hostij: super quo persona ipsa maleficianda transitura sit illaqꝫ pedibus calcare continget de quibus latius infra dicetur in. vj. q. Et illi met expresse professi p̄ actis sacrificijs huiusmodi sepius consueuerunt interrogare Sathanam in forma idoli super altare existentem: vt futurorum aut preteritorum siue presentium occultorum notitiā sibi demonstret. q̄ Sathanas sua idolorum forma illis responsa restituit de presentibus ⁊ presentibꝰ: valde occultis ⁊ remotis veruʒ ⁊ certum consueuit prestare respōsum ex quo ipse qui est spiritus liber subtilis: ⁊ eleuatus nulloqꝫ premitur pōdere carnis: sicut homo videt ⁊ expresse cognoscit oia que fiunt ⁊ facta sunt in vniuerso orbe terrarum: que omnia facile homini indicare potest: sed que futura sunt minime quia illa solus deus nouit esse vera prout
8 sunt vel erunt in suo esse † quia apud ipsum vt dicunt Theologi nulla datur temporis determinatio presentis preteriti vel futuri: q2 oia sunt illi p̄sentia in speculo diuine maiestatis: eo igit excepto nulla creaturarum habet certaʒ notitiam futurorum. vt latius infra dicemus. q. x. ⁊ habetur per Esai. xlj. c. annunciate nobis que futura erunt: ⁊ dicemus quod dij estis vos. ⁊ ideo Demon qui est dei creatura: vt habetur Gene. primo. non potest cognoscere futura ex certa scientia: sed p̄ quasi

dam coniecturas vt latius infra dicetur in decima questione: quotiescunqꝫ igitur fit interrogatio 9
de preteritis: aut presentibus occultis: vel de his que fiũt in longinquis partib9 redditur prompta responsio: sicut ab eo qui habet certam sciẽtiam vt not. in. d. c. nec mirum. xxvj. q. v. ꝛ notant cano. in. c. ij. de sortil. ꝛ. l. multi. C. eo. tit. quotiescũqꝫ vero queritur notitia futurorum tunc non venit tã prompta responsio sed tardior dubia ꝛ implicita quippe q2 illorum in veritate ipse est ignarus: quorũ certa notitia ad solum deum spectat ꝛ ad illũ duntaxat cui deus voluit reuelare: vt habetur Esaie dicto quadragesimo pmo capitulo: ꝛ dixi supra prime: ꝛ habetur act. apostolorum. I. c. vbi dicit. nõ ẽ vestrũ noscere tpa vel momẽta que pater posuit in sua potestate. ꝛ per. S. Thom. in secunda secũde. q. xxvj. articu. vj. dixi infra eod. q. vj. hi vero qui tacitam habent professionem cũ demone licet ipsi quoqꝫ sua execrant maleficia demonis ministerio ꝛ suffragio ꝛ corpora sancta ab huiusmodi lãguoribus sanãt nihilominus non habent eandẽ vim ꝛ potestatem: sicut hiq sunt expresse professi ꝛ sunt respectu illorum vt ita dixerim tanquam fratres nouitij: aut fratres tertij ordinis respectu professorum cũ ipsi tam in eorum professionibus quam in cultu imitantur diuinũ ꝛ mores nostre religionis secundum diuersitatem professionis: ꝛ cerimoniarum: omnia tamen ad eũdẽ effectũ tẽdẽtia: vt dixit text. in. c. excõmunicamus: el secundo in princ. extra de heret. vbi dicitur facies quidem habentes diuersas caudas vero ad inuicem colligatas ꝛc. ¶ Inter quos nõ obmittam illos qui arte huiusmodi iactãt se posse inuenire thesauros in locis valde remotis et subterraneis absconditos: ꝛ quãdoqꝫ inducunt homines ad talẽ insaniam vt foueas quam ingentes conficiunt pro inueniendis thesauris huiusmodi: ꝛ ista videtur mihi quod sit vna ex turpioribus illusionibus: quas demon homini faciat: q2 in rei veritate nunquam legi: vidi: nec audiui: quẽquam ex nigromantis magicis aut sortilegis huiusmodi aliquos vnquam inuenisse thesauros: aut alias aurũ vel argentũ: sed ꝙ plures vidi huic operi icũbẽtes qui mirabiliter conati sunt velle experiri: post multos labores ꝛ diabolicas obseruãtias demũ nihil viderunt nec inuenerũt nisi terram: ꝛ ratio est quia deus non permittit nec vult demonẽ posse thesaurizare: quia alias sequeretur quod isti magici nigromantici: ac ceteri diabolice fidei professores essent ceteris christi fidelib9 ditiores ac pstantiores. ꝛ quamplures reperirent ex ipsis christi fidelibus qui animo ditanti prosequerentur illos nec curarent christianam ipsam post terga re fidẽ vt magno thesauro abundarent ꝛ venerarentur ab omnibus. Quinimo videmus hodie totum oppositum quod isti sortilegij magni nigromantici ꝛ similes sunt ceteris christi fidelibus pauperiores sordidiores ꝛ viliores et in hoc mundo deo permittente calamitosam vitam communiter peragunt deum verum in felici

morte pereūt.⁊ eterni ignis incē-
dio cruciātur:vt.in.c.firmiſſime.
extra de heret.⁊.xxvj.q.v.nec mi
rū:⁊ ea qua demon argutia illos
decipit eadē ⁊ ſimilibus ꝑmiſſio
nibus ipſi nos decipere ſtudent:
ſed non capiunt niſi aliquos qui
ſunt ſimplicis cognitionis: ⁊ ca-
rent intellectu ⁊ ratione:vel qui
ſunt nimiū creduli ⁊ curioſi qui
auiditate quadā impudenter ap
petunt ſcire ea:que nulla ratione
aut honeſta cauſa cōpetit ſibi in
ueſtigare.d.c.nec mirum.§.augu
10 ria.ver.portentis. ¶ †Sed que-
ro nunc an aſtrologi:chiromāti
⁊ ſimiles qui ex ſignis celeſtibus
⁊ aſtrorū curſibus futura predi-
cant incidunt in peccatū ⁊ vide-
tur dicendū qđ ſic qꝛ iſtorū noti-
tia ad ſolū Deū creatorem ptinet
vt ſupra proxime diximꝰ ⁊ habet
Eſa.xlj.c.annunciate nobis ⁊c.
Tu dic aut iſti Aſtrologi:⁊ alij p̄
nominati volūt futura ipſa predi
cere ex certa ſciētia:⁊ nō licet eis
quia ſigna illa celeſtia ſunt ſigna
rerum non cauſe rerum.ſ.cauſe fi
nales:⁊ licet inclinent naturam
humanā ad aliquid faciendū:nō
coarctant nec imponunt neceſſi-
tatē alias nulla eſſet in nobis li-
beri arbitrij ptās a deo tributa ſi
cogeremur ꝯ volūtatē noſtrā pec
care:vt dicit ſanctus Thomā.in ſe
cūda ſecūde.q.xxvj.articu.vj.et
not.per Abb.in.c.ij.de ſortileg.
aut predicunt illa per modum de
monſtrationis ſeu inclinationis:
⁊ bene dicunt dūmodo nō demō
ſtrent neceſſitatem preciſam neq3
cauſatiuā in eo quod ratione li-
beri arbitrij prudēter homo cui-
tare poteſt:vt dixi ⁊ iſto modo nō
peccant nunciando. ¶ Item que-
ri poteſt quid de chiromantia q̄
eſt diuinatio quedam que fit per
lineamenta manus:an liceat fie-
ri ſine peccato vel ſine pena. dic
quod eodem modo aut quis nar
rat preterita que euenerunt illi-
cuius manus intuetur ⁊ non eſt
peccatum nec prohibitū:aut q̄s
predicit futura:⁊ iſto caſu fit ea-
dem diſtinctio de qua ſupra:aut
quis vult predicere neceſſitatiue
⁊ certo modo:aut inclinatiue.pri
mo caſu diuinatio ipſa ſapit he-
reſim per ea que ſupra proxime di
ximus.ſecundo vero caſu non ſa
pit hereſim nec meret penam q̄
illa predicit:quia vaticiniū iſtius
chiromātie fit vt plurimū per re
gulas aſtroſtologie:vt not.iſti ſū
miſte maxime Joan.lec.in ſum-
ma confeſſ.eodem titulo.q.ſecū-
da ⁊ tertia ⁊ quinta.⁊.S.Thom.
d.diſt.9.5.articu.v.aut nos loq̄-
mur de ſecunda ſpecie que dicit
amatoria: ⁊ hec ſortilegia fieri
poſſunt per vtrunq3 profeſſum.ſ.
taciter ⁊ expreſſe profeſſionis ſicut
11 alia diuinatiua.†ſed aduerte qđ
hec ſortilegia ⁊ ea que ſequun-
tur tertie ſpecie fieri poſſunt du-
pliciter ⁊ in corpore ⁊ extra cor-
pus perſone maleficiande. vt.i.l.
eorum. in princi.⁊.l. multi.C.eo-
dem titu.⁊.l.ſi quis aliquid.§.qui
abortionis.ff.de pen.⁊.l.ij.§.hec
adiectio.ff.ad le.cor.de ſica.⁊ ha
betur in.d.c.nec mirum.§.nullū
ſuffragium.in ver.ſed hoc quoſ-
dam fallit ⁊c.l.corpore enim fie-
ri dicuntur per cibum vel potum
regulariter vt.d.§.q̄ abortionis.
⁊.§.hec adiectio.extra corpus au
tem hoc eſt extra inteſtina fiunt
per aliquas mixturas cōpoſitas
ex herbarum folijs vel radicibꝰ

metallis reptilibus terre auium
plumis: vel membris: ſeu inteſti-
nis earundem auium animaliuz
vel piſcium: aliarūq; ſimilium re-
rum naturalium: illaq; quandoq;
conſuunt in clamide perſone ma
leficiande ad amorem: vel ſub ca-
pite lecti ſup quo pſona ipſa dor-
mit abſcōdūt aut ſub limine ho-
ſtij camere aut alteri9 ſuper quo
ipſe maleficiādus vir aut mulier
tranſitura ſit. Quidam ſolent ap-
ponere imaginē cere iuxta ignez
ardentē completis ſacrificijs de
quibus ſupra ꝛ adhibere quaſdā
preces nephariaſ: ꝛ turpia ver-
ba: vt quemadmodum imago il-
la igne cōſumitur: ꝛ liqueſcit eo-
dem modo cor mulieris amoris
calore talis viri feruenter ardeat
ꝛc. In iſtis etiā ſortilegijs ad amo
rem: vt plurimum admiſcentur
ſacramēta eccleſiarum ſicut eſt
hoſtia cōſecrata: vt not. glo. in. c.
accuſatus. §. ſane. de hereti. libro
vj. vel nondum ſacrata ſed circū-
ſcripta notis ꝛ literis ſanguineis
ſuper qua dici curant: quandoq;
vnam: duas: tres: quinq; pluresve
miſſas quibus celebratis tradūt
hoſtiam ipſam non integrā ꝓut
eſt: ſed in puluerez redactā valde
ſubtiliter perſone maleficiande
quam aſſumere faciūt in cibo: ſi-
cut in meneſtra vel in potu eodē
modo faciunt cum calamita im-
mixta alijs ſpeciebus et tradita
vt ſupra in cibo vel potu perſone
maleficiāde ex quo dicunt illam
eſſe nature attractiue. ꝛ qd pote-
rit cor ꝛ voluntatem abſorbētis
attrahere ad amorez perſone tra
dētis: ſed omnes ſunt nuge: ꝛ de-
monis fallacie que raro vel nun
q̄ ſortiūtur effectum ſtante libe-
ri arbitrij poteſtate mirum quid
eſſet quod mulier caſta ꝛ hone-
ſta violenter traheret ad peccan
dum ꝛ ad amandū illum quē na-
tura ipſa ſue cōditionis nō pati-
tur. quia nemo: vt ſupra proxime
dixi inuitus compellitur ad pec-
candum niſi qui curioſe et ſpon-
te accedit ad peccatū. d. c. nec mi-
rum. §. auguria. ver. his ergo por
tentis non negatur tñ quod De-
mon aſtutia et ſollicitudine ſua
non poſſit tam grauiter: ꝛ ſollici-
te mulierem ipſam tentare et illi
ꝑſuadere adeo quod incidat in
peccatum ꝛ incipiat amare virū
illum quem prius nunquam no-
12 uerat. ✝ Et ideo dixerunt quidam
magni Theologi quod ſi aliquis
maleficiatus. aut maleficiata re-
peritur qui deuenerit ad effectus
quos tendunt maleficia predicta
id profecto non prouenit virtute:
ꝛ potentia maleficij: vel ſortilegij
rationibus predictis: propter libe
ri arbitrij poteſtatez. ſed deuenit
virtute diabolice tentationis qui
Demon: vt credentium animas
facilius decipiat ita quod firmi-
ter credant quod illa ſortilegia fa
ciant miracula ꝛ vera ſint eorum
opera. Ipſemet adeo vehemen-
ter ſollicite infeſtat mulierem
ipſam tentationibus ꝛ perſuaſio-
nibus die nocteq;: adeo ꝙ nun-
quam ſinit ipſum vel ipſam ali-
quo momento quieſcere: nec in
ſomnijs: nec in vigilia: ad quod
multoties accedēte maxime ope-
ra: ꝛ miniſterio extrinſeco ſortile-
gi: qui extrinſecus cooperatur: et
literis amatorijs ꝛ precibus pol-
licitationibuſq; verbalib9: adeo
quod fragilis ſex9 ſepe illaquea-
tur: ꝛ cadit in peccatum ꝛ hoc nō

prouenit virtute: ⁊ potentia ſorti-
legij: ſed demonis tentationibus
⁊ opera hoīs extrinſecus coope-
rantis: vt dixi. qui inſectant mu-
lierem ipſam tanq̄ venatores fe-
ram: aut aucupatores auē ⁊ neceſ-
ſe eſt quod poſt aliquod bellum
reddat ſe victam in manibus ho
ſtis ⁊ cedat propter ſuam debilez
naturam: ⁊ imbecilles vires quas
h3 ad reſiſtendum diabolo imo p
quam facilis eſt credula ⁊ q̄ no-
ua ſunt tam bona q̄ mala liben-
ter appeti t: vt not. Gen. iij. ⁊ c. fe-
rus. de v̄b. ſigni. nec dici pōt hoc
violēter fieri: ſed ſponte quia mu-
lier ipſa ſponte incipit incaleſce-
re in amorem illius viri ⁊ volun-
tarie illum deſiderat: ⁊ hoc eue-
nit ex natura ſua: ⁊ volūtate vio-
lentia ſortilegiorum ⁊ hec eſt faci
lior via ad flectendum pudicos
animos ad libidinem: quam alia:
⁊ maxime ſi quando hec tentatio
fit mittūtur nuncij Epiſtole ama
torie: ⁊ ſimilia ad mulierem his
vel ſimilibus modis videntur fa
cilius flecti quam vi ipſius male
13 fici. ¶ †Et nota vnum valde ſin-
gulare quod Sathanas videns
feminus potentem in hac ſpecie
ſortilegiorum amatoria: in qua
non poteſt hominem inuitu3 tra
here ad amandum: ſicut in ter-
tia ſpecie: in qua etiam viro vel
muliere inuita in eius corpe egri
tudines intromittit vt infra lati9
dicemus in ſpecie illa et habetur
in. d. c. nec mirum. circa finem in
verſic. ſed hoc quoſdam fallit ⁊c.
14 †Effectus enim iſtius ſortilegij
requirit puram et liberam volun
15 tate3. †quia nemo amat inuitus.
et licet iſti vulgares fateri ſoleāt
ſe inuitos amare: et propter pocu
lum aſſumptū compelli ad aman
dum hoc eſt falſiſſimum ſi volu-
mus intelligere de neceſſitate p̄-
ciſa vt compellatur homo ratio-
ne ⁊ voluntate. quia hoc nō per-
mittit deus ne tollatur liberi ar-
bitrij poteſtas quam habet ho-
mo: ſi tu diceres compellitur ho-
mo perſuaſionibus demonis tūc
dico quod non compellitur in
ratione: ſed in concupiſcētia car-
nis. quia fragilis eſt ⁊ niſi fortiter
⁊ deliberate reſiſtat vel fugiat in
cidit in laqueum vt latius infra
dicam in hac. q. ⁊ hactenus nun-
q̄ vidi: nec legi poteſt maleficio-
rum ordinationibus ſiue potius
machinationibus ab iſtis male-
ficis ſacra miſceri niſi in his que
fiunt ad amorem et in hac ſpecie
in. ¶ Hoc bis aut ter habui in
facto ſortilegos qui huic ſortile-
gio ſiue maleficio incumbentes
hoſtiam cōmiſcuerant vnum vi-
delicet clericum religioſum qui
hoſtiam ipſam ſacratiſſimam ac
cipiebat cuius partem ipſe ſcele-
ratiſſimus qui cupiebat amari
aſſumpſerat dicendo quedā ver-
ba ſatis turpia atq3 nephāda que
hic referre non expedit: reliqua3
vero partem hoſtie miſerat ad
ipſam mulierem nō in forma ho
ſtie ſed minutatim cōtritam aut
in puluerem redactam ſumendā
in cibo aut potu. ¶ Iterum ha-
bui alium qui hoſtiā ipſam non-
dum ſacratam acceperat: et ſu-
per illa circum circa cum ſangui
ne anularis digiti nonnulla ver-
ba ſatis turpia deſcripſerat: de-
inde ipſam hoſtiam ſuper alteri
impoſuerat hoc eſt ſuper nudo
lapide ſacrato ſub linteamine
tamen altaris abſconditam et a

quodam ſacerdote rotunde con-
ſcientie ſuper illa quinqꝫ miſſas
celebrari fecerat certis orationi-
bus ad eius propoſitum ſuper ad
ditis: deinde hoſtiam ipſam ſum-
pſerat que tamen non erat expꝛeſ-
ſe conſecrata cuius partem pro
ſe aſſumpſerat: alteram vero par-
tem perſone maleficiande tradi-
derat redactam in puluerem: vt
preſinc dixi aſſerētes vterqꝫ ipſo-
rum qui hoſtiam ipſam aſſum-
pſerat indiſſolubili amoris vincu
lo adinuicem colligari nihilomi-
nus nullum effectum apparentē
vidi nec percipi. ¶ Nec ſunt ad-
huc anni duo elapſi quod aliun
ſimilem caſum audiui Rome ac-
cidiſſe de quadam impudica mu
liere in cuius coſanis reperte fue
re due hoſtie ſuper quibus amba
bus erant deſcripta verba que-
dam ſanguinea ⁊c. quas ipſa te-
nebat vt aſſeruit ad effectum tra-
dendi cuidam alteri mulieri ad
inſtantiam viri qui eiuſdem mu-
lieris amorē ꝯcupiſcebat. ¶ Al-
quoqꝫ nondum eſt annus elapſus
quod due impudice mulieres Ro
me quas vidi ⁊ audiui ab excellē-
tiſſimo viro Reuerendo domino
Locumtenente Reueren. D. Vi-
carij pape: qui illas captiuatas
habuerat ⁊ examinauerat que ac
ceperant oleum baptiſmatis quo
inunxerant ſibi labia dicentes
hec verba: fides abrenuncio tibi:
⁊ cum labijs illis ſic inunctis de-
oſculate fuerant viros quoſdam
cauſam captandi amorem ab
ipſis: vt ipſe aſſerebant: nihilo-
minus deinum omne experimen
tum fallax et ſuorum exceſſiuum
condignas vidi luere penas.
¶ Aliud exemplum a triennio et
citra in eadem vrbe contigera
quod quedam turpiſſima mulier
acceperat particulam cutis illius
qua infans indutus egreditur de
vtero matris ꝙ͂ primū venit in lu
cem illamqꝫ ſimiliter ſuper nudo
lapide ſacrato latuerat ⁊ ſuper il-
la plures miſſas numero quinqꝫ
celebrari fecerat cutimqꝫ predi-
ctam poſt modum aſſumpſerat
⁊ baptizauerat ſub nomine perſo
ne maleficiāde cū aqua baptiſma
tis ⁊ cerimonijs conſuetis: dein-
de eandem in puluerē redegit ad
effectum tradendi perſone male-
ficiāde tñ interim capta fuit: nec
perficere potuit ſortilegium: ſed
cōgruas ſceleris ſui luit penas ⁊
16 ¶ † Redeūdo igitur ad propoſi-
tū dico quod iſti ſortilegi ſepius
requirunt remedia ſacramentorū
dam ſemina collecta que habẽt
vim putrefaciẽdi ligneas virgas
⁊ cõuertendi in lubricã draconis
ſpeciẽ ſm quod dicit. S. Aug. in
iij. de trin. quem refert ⁊ ſequitur
S. Tho. in dicto trac. qq. q. x. ver.
ad octauũ in tit. de mirac. vbi di
cit qḋ licet iſta apud nos videan
tur eſſe miracula: quia humana
virtus iſta nõ capit nec ſe extẽdit
ad illa: tamen quo ad ſecreta na
ture ⁊ demonis intelligẽtiam nõ
ſunt miracula imo opera ipſius
nature demonis induſtria fabri
23 cata. † Itẽ nõ. aliud mirabile de
monis arte factũ legit̃ in ſacrili
teris quod Simon magus arte
demonũ canes loqͥ faciebat̃ nec
dũ eſt annus elapſus quod caſus
iſte euenit in facto Rome vbi mu
lier quedã magica vetula q̃ Frã
ciſca ſeneñ. dicebat̃ artis diabo
lice plurimum perita canẽ quem
dã magne ſtature nigrum totum
ſecum ducebat quem poſt nõnul
las preces reuerenter emiſſas lo
qui admodũ faciebat ⁊ voce qua
dã velut humana verba articula
ta proferebat que audita fuerũt
a pluribus: ⁊ maxime a quodam
ſacerdote pſbytero qui rẽ ipſam
ppalauit domino albe vrbis Se

natori qui de mãdato. S. D. pp.
adiuncto ſibi Reueren. D. Accũ
tenente Uicarij ſui vna cũ q̃buſ-
dã alijs viris maxime doctrine
et experiẽtie mulierẽ ipſam ſolen
niter examinarunt: et comperto
facinore flammis publice con-
ſumpſerunt ipſam: que canis lo-
quela duplici modo fieri potuit
ſecũdũ Thomã. d. q. v. de mirac.
aut q̃ demon aſſumpſerit corp9
in forma canis omnibus partib9
ſuis bene proportionatuʒ: ꝛ locu
tus fuerit: aut q̃ eſſet canis ver9
ꝛ naturalis: ꝛ demon per impu-
liũ aeris motu locali ſonũ quẽ-
dam formauerit ſimilitudinem
literate ꝛ articulate vocis haben
24 tem. ꝛ hoc modo etiam dicitur
quod Aſina Balaam allocuta
fuit ad ipſum duabus vicibus vt
habet Nume. xxij. cap. vbi Aſina
ipſa q̃ portabat Balaã ibat ad
regẽ Balac qui miſerat pro eo
vidẽs aſina Angelũ reſiſtentẽ in
via ꝛ ſe opponẽtẽ Balaã Aſina
declinauit a recto tramite et ibat
p agros: Balaã ꝑcutiebat illã vo
lens q̃ iret ꝑ viã illa recuſabat: ꝛ
adeo vehemẽter ꝑcuſſit illam q̃
cecidit: ꝛ tunc dñs aperuit os Aſi
ne ꝛ locuta eſt ad Balaã dicen-
do: quid feci tibi? cur ꝑcutis me?
At Balaã dixit q2 cõmeruiſti et
illuſiſti mihi vtinam haberẽ gla
diũ vt te percuterem cui Aſina
iterum reſpõdit. Nõne aial tuuʒ
ſum? cui ſemper ſedere conſueui-
ſti vſq3 in preſentẽ diẽ: dic q̃d ſi-
mile vnq̃ fecerim tibi? At ille ait
nunq̃ que verba adeo bene ꝛ ar-
ticulate ab ipſa aſina prolata fue-
rũt q̃ ab homine dicta videren
tur: ſʒ hoc factũ fuit ab angelo ex
diuina volũtate: vt ibi dicit. ꝛ di-
cit. S. Tho. in. d. q. v. ad tertium
quod Angelus mouit linguam
Aſine predicte ꝛ per crebrã aeris
repercuſſionem protulit articu-
lata verba de quibus ibi natura
liũ verboꝝ ſilitudinẽ habentia.
tex. aũt ibi dicit q̃ dominus ape
ruit os Aſine non Angelus vide
Tho. in d. q. v. ꝛ. vſ. i tit. de mira.
25 ¶ Ultimo nõ obmittã illud, q̃
dixit Valer. Max. quod olim ro
me fortune ſimulachrũ quoddaʒ
marmoreum q̃ poſitum erat in
via latina dicitur locutum fuiſſe
infraſcripta ṽba ad Matronas
illas Romanas vcʒ rite me ma-
trone vidiſtis riteq3 dedicaſtis:
nec putes iſta fuiſſe ꝓ Poetarũ fi-
gmẽta: q2 ſi talis eſſent ꝑfecto ſa
cri Theologi in ſuis diuinis lite
ris nõ inſererẽt approbãdo put
fit p. S. Tho. in. d. q. v. in. iiij. not.
ꝛ eſt glo. not. in. c. moyſes. in ver.
habitare. xxij. q. ij. q̃ dicit q̃ An-
geli tã boni q̃ mali habitant in
ſiccis corporib9. ſ. in ſtatuis lapi-
deis eneis ꝛ marmoreis ꝛ i cada
veribus defunctorũ in quibus in
quibus ipſi demones dant reſpõ
ſum. ꝛ refert exẽplum Saulis qui
adorauit Diabolũ: ꝛ alſ dixi. &
q̃ demõ ſub idoloꝝ forma pera
ctis ſacrificijs ꝛ precibus ſortile-
goꝝ ſiue magoꝝ ipſis interrogã-
tibus: ꝛ ſcire querentibus q̃ occul
ta ſunt reſpõdet ad propoſitũ vo
ce quadam ſonãti articulata ver
ba: ac ſi ex hoĩs procederent: ni-
hilominus neq3 vox: neq3 verba
naturalia ſũt ſicut hũana: ſed ex
crebra aeris repcuſſione ꝑ demo
nem concitata verba illa ꝓlata
fuerunt: vt ſupra dictum eſt. S
igitur hec fieri poſſunt arte ꝛ vir
tute demonis q̃ lõge maiora ſũt

⁊ intellectui humano min⁹ capa
cia ⁊ difficiliora quod canis aut
aliud animal brutum ſeu ſtatua
marmorea verba articulata pro⸗
tulerint quāto magis credēdū eſt
ꝙ demon poſſit hominem corpo
raliter deferre motu locali aut
brutum quod minus eſt quā ani⸗
mal de nouo creare vel vnā ſpe⸗
ciē i alterā trāſformare ꝓut dixi
mus ſupra de virga cōuerſa i dra
conē. ¶ Demum vt res ipſa cū⸗
ctis clarius innoteſcat ſubdam
exemplo. Annis citra .xx. in agro
Sabinenſi vicino vrbi Rome in q̄
dam oppido erat quidam Ruſti
cus habens vxorē que erat de ex
preſſa demonis ꝓfeſſione: et plu⸗
ries ab eo iterrogata ſi erat d̄ di⸗
cta profeſſiōe ſemꝑ audaciſſime
negauerat: qui marit⁹ ex quibuſ
dā ſignis que viderat maior ſu⸗
ſpitio animum eius apprehēdit.
vnde decreuit velle videre ſi verū
erat qđ de nocte ipſa exiret extra
domum: ⁊ quorſum tēderet ⁊ plu
ribus noctibus ſummopere inui
gilauit: vt videret q̄d ipſa faceret
que ſemper volebat poſt maritū
ire dormitum: ⁊ diu poſtq̄ ipſe in
trauerat in lecto multoties vigi⸗
labat: demū nocte quadam ho⸗
ra quinta vel circa: qua ipſa cita
ta ire tenebatur ad ludum ipſe
marit⁹ iacebat quaſi dormiēs et
ipſa venit ad illū ad ꝑſcrutādū
ſi dormiebat qđ videns maritus
ſtatim cōfinxit altius dormire et
grauiori ſumno teneri: ipſa viſo
dormiēte retroceſſit ſtatim: et pe
detentim ibat lento gradu: tunc
marit⁹ magis argute inuigilat:
atq̄ obſeruat cū diligētia cuncta
q̄ vxor ipſa faciebat: demū vidit
ꝙ acceſſit ad quēdā angulū do⸗
m⁹: ⁊ eleuata q̄dā ciſta aſſumpſit
pixidē ſeu ollulā quandā q̄ ſube⸗
rat: deinde exutis veſtibus cepit
inungi cū certo vnguento in di⸗
cta ollula exiſtēte apud ignē calē
facto: poſtea pixidē ſeu ollulā p̄re
dictam ad priſtinū eius locū re⸗
poſuit: deinde vidit illam veloci
ter exeūtē de domo: ac ſi pedib⁹
non tangeret terram poſt cuius
diſceſſum maritus aſſurgens ac⸗
ceſſit ad oſtiū qđ clauſū optime
vidit et cū peſſulo ſiue ſtanga in
terius: de quo magis obſtupuit:
deinde acceſſit ad angulū ex quo
illa vnguentum aſſumpſerat: ⁊ re
perta ollula illam accepit: ⁊ alibi
abſcōdit ⁊ reuerſus fuit in lecto:
ꝑfecitq̄ ſomnum vſq̄ ad mane.
die vo ſeq̄nti reuerſa vxore mari
tus illam interrogauit quonā ꝓ⸗
ficiſceretur nocte illa quando ex
domo receſſit media nocte ſola:
q̄ a principio fortiter negabat ſal
ua fronte: tunc maritus ſumpto
ligno cepit illam acriter verbera
re: vt haberet v̄itatē: ipſa adhuc
indurato corde ſiſtebat demum
marit⁹ ſumpto pexide ſiue ollu⸗
la: ecce dixit mulier maledicta: vi
des ſi credis qđ nouerim ſcelera
tua. ſz grauiter ſibi comminatur
aut ꝙ mortē ſubiret aut illū doce
ret quō facit illas vnctiones ⁊ di
ſceſſus: q2 volebat oīno accedere
ad ꝯgregationes illas q̄s intēde⸗
bat oīno videre ⁊ q̄ fierēt i eis: tūc
mulier ipſa cōfuſa dum vidit pi⸗
xidē vnctionis faſſa eſt ingenue
errorē ſuū implorando ſupplici⸗
ter veniā ab ipſo viro qui libenti
animo ſub fide ꝓmiſit ei indulge
ri dūmodo ipſū adduceret ſecū
vna nocte ad cōgregatiōes p̄di⸗
ctas: ipſa tūc aperiēs os ſuū cepit

Ra loq̄ ⁊ cūcta dicte ꝓfeſſiōis capitula recenſuit: ⁊ oſtendit voluptates illecebras: ⁊ gaudia immēſa q̄ inde aſſumebāt ⁊ de amenitate ⁊ delectatione ludorū magnificentia corearꝫ opulentia cōuiuiorū ꝑincipis illius liberalitate ⁊ de vltimi effectus dulcedine cūcta narrauit: ex quo indulgentiā admiſſorꝫ a marito ipſo impetrauerat qui marit9 curioſus iſta videre ⁊ intereſſe precepit vxori vt q̄ primum ad dictam cōgregationem acceſſura erat ipſum euocaret: que mulier promiſit illum adducere ⁊ impetrata prius licentia a dn̄o Sathana ꝺ adducēdo maritum ad ipſam congregationē: adueniēte hora adhibitis vnctionibus vnuſquiſq3 ipſorum ſuper ſuo hirco equitando q̄ velociſſime peruenerunt ad locū ipſi9 cōgregationis ⁊ anteq̄ diſcederent de domo vir ipſe diligēter premonitus fuit ab vxore: vt ſummopere precaueret ne in itinere eundo vel redeūdo: aut in loco cōgregatiōis ſigno crucis ſe muniret: aut illius nomē nec dei vł Jeſu Chriſti quouis modo cōmemoraret: maxime ſ'laudādo vel adorādo qui ſic facere ꝓmiſit in quo loco ſiſtētes vxor dimiſit maritum in certa parte monēdo ipm: vt illaꝫ expectaret donec reuerteretur a preſtando obedientiā earū principi Sathane quē admodū vnuſquiſq3 aliorū tenebatur q̄ marit9 videns tam innumerā virorū ac mulierū multitudinem illic adeſſe vehementer obſtupuit: finita obedientia fiūt tripudia ⁊ coree q̄ celeberrime cū maxia cimbalorū tympanorum aliorūq3 inſtrumentorū dulcedine ⁊ trepudiantiū numeroſitate ordine quodaꝫ retrogrado cōtra morem naturā et ordinem corearum quib9 nos vtimur: quibus peractis preparantur menſe quam ampliſſime cum maxima epularum ⁊ conuiuantiū copia et optimis ferculis vxor illa ex indulgētia ꝑincipꝭ introducit maritū ad mēſam comedere incipiunt: maritus degustās epulas inſipidas petijt ſaleꝫ qui nullus aderat in oib9 mēſis nec dum veniens quiſq̄ cum ſale iterum petijt atq3 rogauit procedente mora: iterum atq3 iterum: tēr q3 quater q3 ſalem ipm ſupplicando petijt: et toties replicauit qꝺ demū quidam ſalē ipſum attulit: vnde maritus videns ſalem ſummopere gauiſus eſt: et p̄ gaudio magno dixit hec ꝟba hoꝛ laudato ſia dio: pare vēne queſto ſale. quo verbo prolato poſtq̄ auditum fuit nomē dei laudatum vnico momēto cuncta periere: ⁊ oēs vndiq3 ſtatim diſceſſerunt menſe epuleq3 omnes cōſumpte ſunt luminaria cuncta que multa erāt illico extincta ſunt adeo: q̄ maritus ipſe reperitur ſolus ⁊ nudus: in loco ipſo in medio tenebrarū ſtetitq3 ſub illa frigidiſſima nuce beneuentana per totā noctē vſq3 ad mane cum maximo frigore et periculo: die vero ſequenti vidēs paſtores qui paſcebāt greges circa loca vicina ab ipſis petijt: vbi nā eſſet ipſe que regio illa diceb atur: cui reſpōſum fuit qꝺ erat beneuētana: que diſtabat a patria ipſi9 viri centū miliarib9 vel circa: ipſe ꝟo erat nudus ſicut alij q̄ vadunt ad coreas demonū: multum male ſe habuit in partibus illis adeo qꝺ ſubſtulit periculuꝫ

mortis:et qꝛ valde ignotus erat in ea regione ⁊ ſine pecunijs coa ctꝰ fuit mēdicare hoſtiatim: amore dei adeo quod inuenit tunicellam quandā ſatis cōtritā:vt poſſet ſe tueri a frigore quod tunc vigebat:⁊ ſic paulatim querēdo. victum in itinere amore dei tantū ambulauit qꝺ puenit ad patriam ſpacio octo dierū vel circa:⁊ erat adeo deformatus et macilentus quod a paucis recognoſcebatur: ⁊ acceдēs ad curiam principis illius caſtri detulit querelam cōtra eiꝰ vxorē ⁊ quaſdā alias mulieres eiuſdē profeſſionis eius ſocias que omnes fuerunt incarcerate ⁊ dum a principio negarent: inſtante viro predicto ⁊ teſtimonium verum de viſu ferente tandem omnes faſſe ſunt:⁊ ardētiſſimis flammis cōbuſte. ¶ Nec dū decē lapſi ſunt vel circiter anni quod mulier quedam iuuencula intra.xvj.annum etatis exiſtens adhuc virgo eiuſdē Sabinēſi. dioceſis ex altero tamē oppido oriūda a quadam alia malefica ſtriga ſeducta vt religionē diabolicam pfiteretur ad ludū adducta fuit et pmonita ne ſigno crucis ſe muniret nec deū Jeſum ve chriſtum collaudādo memineret poſtq̄ ad locū cōgregationis acceſſerūt iunior ipſa vidēs tam maximā mulierum virorūq̄ multitudinem ⁊ principem ipſum Satbanam in ſolio maieſtatis tam ſuperbe ſedentem ⁊ tot auratis ornamētis ⁊ purpureis veſtibus decoratum vehementer obſtupuit:⁊ que ſimplex erat virgo incauta pmemonitionis oblita ob rerum magnificētiā ⁊ maximū ſtuporē quo appreheнſa erat ſe ſigno crucis muniuit dicēdo. Jeſu benedet to che coſa e queſta?nec dum verba predicta perfecerat quod ſtatim cūcta euanuere: et omnibus luminaribus penitus extinctis ſola hec miſera inter maximas tenebras valde meſta reperitur ⁊ quā maximus pauor vehemēter illam apprehēdit ex quo pene mortua eſt:ſed recordata de nomine Jeſu ⁊ beate virginis marie deuotiſſimis precibꝰ ſe illis commēdauit vouitq̄ caſtitatem perpetuam ſi incolumis inde euaderet ⁊ diuino auxilio ſuffragata tante ſolitudinis periculum mox euaſit.qꝛ quidam ſenex ruſticus vna cum filio ⁊ aſello tranſibat prope locū predictum vbi erat iſta puella que plurimum lamētabatur de ſorte ſua:qui ſenex audito gemitu acceſſit ad illā dicens:filia mea qꝺ facis iſtic ſola iſto tp̄e nocturno: quam cum nudā videret magis obſtupuit que ſimplex virgo maxima erubeſcentia ducta que nihil habebat:vnde pudibūda pertegeret poſt multas lachrymas: gemitus:⁊ ſuſpiria:huic viro q̄ plurimū ſe commendauit vt illā ſecū adduceret ad domum ſuam qui ſenex accepit pallium ſuum et poſuit ſuper humeris puelle ⁊ illa ſecum ad domum ſuā que non multum diſtabat adduxit:⁊ in itinere totam ſeriem facti ſibi narrauit:qui ſenex ſtupore ⁊ pietate plurimū afficiebat: audiuitq̄ ex qua patria q̄buſue parentibus orta eēt ⁊ decreuit ſenex omnino hec eius parētibus enunciare: et puellā ipſam eiſdem reſtituere ingreſſi ſunt domum vxor ſenis que erat multum pia perq̄ blāde virginem recepit:⁊ apud ſe in lectum

retinuit

retinuit:⁊ deinde p̱ duos vel tres
dies maxima charitate et mater
na pietate tractauit eãdẽ veſtib9
ſuis induit:⁊ poſt triduũ marit9
accepit aſellũ ⁊ comite filio puel
lã ipſaʒ eq̃tatẽ ad patriã ſuã il e-
ſam reduxit ꝓpriiſq̃ parentibus
eãdẽ reſtituit q̃ dudũ flenerãt p̱ di-
tionẽ filie putãtes ne aliq̃s miles
aut ali9 neq̃uã vir nocturno tp̱e
rapuiſſet eãdeʒ:q̃ ſenex maxima
veneratione ⁊ amoris dulcedine
a parẽtib9 puelle amplexus eſt re
ceptiſq̃ muneribus pro ſe ⁊ filio di
miſſa puella ad domũ ſuã reuer
ſus fuit:q̃ q̃dẽ puella poſtq̃ꝫ dono
dei ⁊ gratia beate marie virginis
tã graue periculũ euaſerat, decre
uit oĩno votũ iã factũ adimplere
⁊ ingreſſa fuit monaſteriũ ſancti
Frãciſci aſſumptoq̃ habitu ſolenni
ter ꝓfeſſa fuit:⁊ caſtiſſime vixit
cui9 parẽtes liberũ p̃ſtitere ↄſen-
ſuʒ illã vero maledictã ſtrigã q̃ fi
liã ſuã adduxerat ad illũ locũ de
nũciauerũt curie ⁊ re cõperta pu
blice fuit igne ↄbuſta. ¶ Hec eñ
q̃ audiui retuli:mõ referaʒ q̃ ipſe
vidi ⁊ i facto habui q̃ plura ſunt
tñ duo tãtũ q̃ recẽtiora ſũt referã.
Anno dñi.1524.mẽſe Septẽbris
dũ eſſeʒ in quodã Caſtro Mona
ſterĳ. S. Pauli de vrbe apud re
gionẽ Sabinẽſẽ.vt mea q̃dã illic
expedirẽ:⁊ mox ad vrbẽ reuerte-
rer ſummis fui p̃cib9 rogatus a
Reuerẽ.D.dño Abbate illi9 mo
naſterĳ q̃ eſt dñs i tp̱alib9 dictoꝝ
Caſtroꝝ.vt accederem ad aliud
Caſtrũ eiuſdẽ monaſterĳ ibi vici-
nũ q̃d Arlazanũ appellãt ad exa
minãdũ tres mulieres maleficas
ſiue ſtrigas:vt dicebãt q̃ i arce ip-
ſius Caſtri ſꝫ liquãdiu icluſe remã
ſerãt ⁊ q̃ ex eaꝝ dictis acciperẽ ſi

bi referrẽ atq̃ ↄſulerẽ q̃d mihi in
re illa agẽdũ eſſe videret̃. Ego eſ
q̃ meis p̃pedit9 erã lꝫ nõ potuerĩ
abſq̃ magne mee icõmodo illuc
accedere ⁊ huic rei vacar̃ nihilo
min9 vt morẽ gerer in tãto viro
quẽ alſ in meis valde gratũ ⁊ be
nignũ reperi nõ potui euitare q̃n
ei9 p̃ces mihi mãdata ſeruarem.
Acceſſiq̃ ad illas quaꝝ vnã q̃ mi
hi faciliorẽ videbat̃ examinare ce
pi:⁊ plurib9 exhortatiõib9:vt ve-
ritateʒ aperiret p̱ſuaderi q̃ demum
poſt aliq̃lẽ heſitationẽ cepit vera
loq̃:⁊ rẽ ipſaʒ totã fateri q̃liter ip
ſa erat de ſecta illa ſtrigimarũ ex
p̃ſſe ꝓfeſſa i qua ꝓfeſſiõe inſtite-
rat p̱ annos quatuordecim cõti-
nuos q̃b9 cõtinuũ cõmerciũ ha-
buerat cũ demone ⁊ noĩauit alte-
rã mulierẽ maleficã q̃ fuerat eius
magiſtra ⁊ ipſam profeſſionẽ ad
duxerat:⁊ quod iſto tp̱e plurima
malefica ſiue veneficia fecerat: et
ↄtra hominũ perſonas ⁊ ↄ iumẽ
ta ex q̃bus hoĩes tres per terant:
iumenta aũt quatuor:⁊ q̃d agro-
rum pluriũ ſegetes immaturas
ventis:grandinibus ⁊ tempeſta-
tibus ſtrauerat et penitus deua-
ſtauerat:⁊ multa alia his ſimilia
obſcena machinata fuerat arte
illa malefica ad vlciſcẽdum iniu
rias ſuas. ¶ Quam ego ſubtilius
interrogans vt clarius ꝗ haberẽ q̃
ſunt iſti9 diabolice religiõis ſeu
ꝓfeſſionis ſecreta. Primo ei per
ſcrutat9 fui q̃d ẽ illa ꝓfeſſio quaʒ
mulieres ipſe faciũt cũ demone:
⁊ q̃bus modo ⁊ ordine ad illã ac
cedũt:⁊ q̃bus cerimoniis ⁊ ſolẽni
tatib9 vtunt̃ in ea: Ad q̃d ſe obli-
gãt demoni. Sub qua forma ver-
boꝝ ſit obligatio ipſa:item poſt-
ea que ſunt ab eis ſeruãda ⁊ ad q̃

tenetur. Similiter q̄ p̄mia habēt ꝛ que habere ſperāt ab eaꝝ p̄rincipe demone: ꝛ ex quibus rebus ſimplicibus vel mixtis componunt vnguenta quibus liniūt corpora ſua dū vadūt ad ludos ꝛ cū quibus etiā rebus faciūt alia veneſica maleficia. Item quē ordinem tenent q̄ſi acceſſure ſunt ad ludos p̄dictos: ꝛ ſi eſt verū q̄d vadunt corporaliter vel illa ſit illuſio ſiue viſio q̄dam in apparētia in mēte ꝛ itellectu. ꝛ caſu quo accedant corporaliter an ambulent pedibus proprijs vel aliter deferantꝰ ꝛ quō ꝛ p quē. Itē quō ꝛ qualiter celebrāt ſacrificia q̄ offerunt preces ꝛ munera demoni. Item q̄ ſunt illis precipua in obſeruātia in dicta profeſſione ꝛ alia q̄dam que nunc non recordor: que quidē mulier ſub ſpe venie cuncta a principio vſq̧ ad finē recenſuit que profeſſio ipſa requirit exprimēdo oīa ꝛ ſingula illiꝰ capitula.

26 ¶ Primū eīn dixit quod q̄ñ adducta fuit p illā eius magiſtram añ tribunal p̄rincipis earū q̄ eſt. diabolus in forma Regis p̄ſidēs i ſolio maieſtatis inſtructa prius a magiſtra quid factura erat venit ꝛ oportuit p̄mo abnegare bapiſmum ꝛ oīa chriſtiane fidei documenta relinquere: deinde eccleſiaſtica ſacramēta cuncta ꝓijcere pedibuſq̧ ꝓprijs ꝯculcare crucē ꝛ imagines btē marie virginis et alioꝝ ſanctoꝝ: Quis hec vltima non fiunt coraꝫ eo: ſed alibi poſtea ſatis eſt q̄ illa promittāt ſe facturas q̄ primum cedet occaſio: Deinde fecit obligationē p ſolēnē ſtipulationē in manibus ipſius p̄rincipis: qua vouit ꝛ promiſit: q̄d ꝑpetuo erit illi fidelis et obediēs et omnibus eius mandatis parebit. Deinde medio iureiurādo tactis ſcripturis ſuper quodā magno libro obſcuras paginas ꝯtinēte p̄ſtitit homagiū ſiue ꝑpetuum vaſſalagium: ꝛ quod nūq̄ redibit ad fidē xp̄i: nec diuina p̄cepta ſeruabit: ſed ſolū ea que p ipſum principē erant decernēda: ꝛ q̄d ꝑpetuis futuris tp̄ibꝰ erit obediens illi ꝛ veniet cōtinue cū vocata fuerit ad ludos ꝛ congregationes nocturnas: ꝛ q̄ in eis p alias mulieres fiūt ipſa faciet: et quod etiam aderit ſacrificijs illorum nocturnis: ꝛ ſolitas preces ꝛ cultū adorationis preſtabit: ꝛ vota q̄cūq̧ que ipſa p̄ſtare cōtigerit pro viribus adimplebit: et quoſcunq̧ poterit alios ad eandē profeſſionē adducet. ¶ Econuerſo autē ipſe p̄rinceps egregia fronte ꝓmiſit eidē mulieri ſic p̄fiti p̄ſtare perpetuam felicitateꝫ: gaudia immenſa ꝛ voluptates quaſcunq̧ in hoc mundo habere deſiderauit: ꝛ demū poſt hanc vitā longe maiora munera conſequetur. Quo facto ſtatī vnū demone cōſtituit ad cuſtodiā ipſiꝰ mulieris quā nunq̄ relinquere debeat: ſed illi inſeruire in oībꝰ que ipſa cupiet: ꝛ quotieſcūq̧ cōtigerit ad ludos accedere hoc ipſe intimabit mulieri: ꝛ illam deferet ꝛ inſtruet vt ſup̄a: q̄ quidē demon aſſociatur ei tanq̄ maritꝰ vxori: inſuper dixit q̄d ſepius accedunt ad congregatiōes illas vbi maxima mulierum numeroſitas cōgregat̄: et nō vident illa in mēte ꝛ itellectu in apparentia: ſed in vera ꝛ naturali forma accedunt ad loca p̄dicta hoc mō ꝛ ordine: v[z]. q: primo per vnū: vel duos dico anteq̄ fiat

congregatio intimaṫ ſibi per de‑
monem illum qui eſt ad ipſaꝝ cu
ſtodiam conſtitutus qualiter no‑
cte tali ⁊ tali hora ſe prepararet ad
veniendum ad ludū: que mulier
ſi haberet iuſtam cauſam impedi
menti deducit: ⁊ auditur dūmo‑
do ſit cauſa vera: ⁊ excuſabilis q̄
legitime excuſare poſſet alioquin
ſi fingeret habere cauſā que nul
la eſſet vt non accederet nō defe
rebaṫ inuita: ſ; remanebat in do
mo ſua nihilominꝰ pro pena ſui
mendacíȷ adeo fortiter cruciaba
tur a demone vt in mēte ⁊ in cor‑
pore maximis ⁊ ꝯtinuis doloribꝰ
⁊ egritudine intrinſeca vel extrin
ſeca tā fortiter vexabatur qꝺ die
nocteq; nil penitus quietis habe
ret: ſed ſemꝑ tribularet: ⁊ oīa que
ipſa ageret euaneſcerēt ⁊ perirēt
infieri adeo quod neceſſe fuit vt
tot mala ceſſarent quod peccatū
ſuū fateretur ⁊ promitteret etiā
medio iureiurādo quod amplꝰ
nō recuſabit accedere: ⁊ hoc mo‑
do euaſit ab illis malis. Cum ve‑
ro promitteret acceſſuram ſtatī
adueniente nocte ⁊ hora euoca‑
batur voce quadā veluti humana
ab ipſo demone quem nō vocāt
demonē ſed magiſterulū aliꝰ ma
giſtrū Martinettū ſiue Marti‑
nellū hoc noīe diminutiuo q̄ ſic
euocata mox ſumebat pixidē vn‑
ctionis ⁊ linitat corpus ſuum in
quibuſdā partibꝰ ⁊ mēbris: quo
linito exibat ex domo ⁊ inuenie
bat ſemper magiſterulum ſuum
in forma hirci illā expectantem
apud oſtiū ſuū quo mulier ipſa
dixit quod equitabat ⁊ applicare
ſolebat fortiter manꝰ ad crines ⁊
ſtatim hircus ille aſcēdebat per
aerē ⁊ breuiſſimo tꝑe deferebat
mulierem ipſam vſq; ad nucem
beneuentanam ⁊ ibi illam ſuaui‑
ter deponebat vbi innumera mu
lierum virorumq; multitudo co‑
rā principe illo vndiq; confiue
27 bat. ¶ Primum aūt quod faciēdū
erat ꝑ ipſas mulieres erat ſignū
obediencie ⁊ reuerētie que fiebat
coram principe ordine quodā re‑
trogrado in oppoſitū directo il
li reuerentie quā nos preſtare ſo‑
lemus: nos enī inclinamꝰ caput ⁊
hūeros flectimus genu crure re‑
tro curuato voluentes vultū ad
principem ſiue ad aliū quē ve‑
neramur: ipſi vero faciunt contra
quia terga voluunt verſus princi‑
pem ⁊ caput curuant verſus hu‑
meros adeo vt mētum celum re‑
ſpiciat crura vero nō curuant re‑
tro vt nos facimus: ſed eleuāt ſur
ſum a terra a parte anteriori: ⁊ ita
ſeruatur ibi peracta igitur reue‑
rētia princeps mādat qꝺ omnes
tripudiēt: ſaltētq; cū letitia ⁊ gau‑
dio ſumentes vnaqueq; volupta‑
tes ſuas ⁊ vnuſquiſq; demonū ac
capit mulierem ſuam ad cuius cu
ſtodiam deputatus eſt: ⁊ cum ea
gerit ſaltationes illas magna le‑
titia atq; dulcedine: ⁊ interim pre
paranṫ menſe cū lautiſſimis fer‑
culis abūdātiſſime ornate ⁊ cele‑
bratis choreis veniunt ad conui‑
uia: quibus completis et cibatis
omnibus extinguunṫ luminaria
omnia: ⁊ quiſq; demon in forma
incubi .ſ. viri ſuam capit mulie‑
rem: ſi qui vero ſunt viri habēt de
monem ſuum in forma ſuccubi .ſ.
mulieris ⁊ ſic adinuicem adim‑
plent coitū carnis cū maxima vo
luptate quo officio cōpleto reuer
tunṫ ad domō oēs equitātes ſuꝑ
illis hircis: ſacrificia vero cū fiūt

fieri ſolent ſtatim poſt peractum
reuerentie ſignum ſit adoratio
qua expleta deueniunt ad tripu-
dia ⁊ alia de quibus ſupra quan
uis ſacrificia ipſa celebrare ſolēt
etiam in alijs locis extra locum
congregationis puta in domo
priuata vel in quibuſdam locis
occultis vt late diximus.ſ.eo .q.
iij.⁊.v. ¶ Sed aduerte ad duo qḋ
ipſa dixit. vnum eſt q2 demones
feſtinent reportare illas ad do-
mū anteq̄ labatur nox ⁊ anteq̄
pulſetur cāpana ꝓ Aue maria de
mane que pulſari ſolet in aurora
vel parum ante: quoniam ſi forte
pulſaret campana tpe quo defe-
runt ad domum neceſſe h3 illax
magiſter i eodē loco vbi audit ſo
num predictū deponere mulierē
aut virum nec pōt amplius ipſū
vel ipſam tangere: ſed neceſſe eſt
qḋ reſiduū illud itineris pedib9
ꝓprijs ambulet quod perraro q-
dē3 euenire ſolet: q2 ita velociter
ipſas reportant qḋ nō impediūt
a ſono: ſecundum eſt quod retu-
lit quod quotieſcunq3 interfue-
rat ludis ita feſſa reuertebat ad
domu3 ꝓpter illas choreas ⁊ cre
bras ſaltationis: q2 erat debilis
cōplexionis vt apparebat quod
per tres vel quatuor dies male ſe
habebat i corpore ꝑꝑ magnos la
bores quos ſubſtinuerat q̄ ſimi-
liter cū demone ſuo dū eſſet i for
ma icubi ſepiſſime fuiſſe carnali
ter cognitā maxīa cū delectatio
ne teſtata fuit: hic illa ibi. ¶ Aliḋ
breuius exemplum ſuperaddam
alia quoq3 mulier eiuſdem pro-
feſſionis que vna cu3 precedenti
erit incarcerata dum deferret a
demone ſuo reuertēdo a ludis ꝑ
dictis in itinere anteq̄ ꝑueniret

ad domu3 dum eſſet vicina oppi
do patrie ſue audiuit pulſare cā-
panam de mane pro Aue maria.
vnde demon neceſſe habuit illā
deponere ⁊ diſcedere qua3 depo
ſuit ſtatim ⁊ dimiſit in quodam
agro iuxta quandam ripam vbi
erant ſpineta quedam ⁊ in dicto
loco ipſa miſera mulier neceſſe
habuit expectare vſq3 ad mane:
quo lux clara appareret: ſed for-
tuna ꝓ fuit ſibi: q2 illa die in auro
ra: ⁊ in diluculo q̄dā iuuenis illi9
oppidi ibat ad alium locum ibi vi
cinum quem ipſa videns trāſeun
tem cognouit atq3 vocauit nomi
ne ꝓprio quod audiens iuuenis
prima facie timuit aliquātulū: ſ3
vidēs poſtea mulierē ipſam que
ſeminuda erat a femoribus ſupra
⁊ crinibus ſparſis ſcapillata tota
magis obſtupuit: nec audebat ad
ipſa3 accedere: nihilominus illa
adeo benigne ⁊ humiliter ip3 ro-
gauit vt accederet ad illam qḋ ve
nit; ⁊ iterrogauit eādē poſtq̄ illa3
recognouit cur illic ita ſola mora
ret i ea forma? cui illa dixit quod
tota nocte aſellum ſuum quem
perdider. t perquiſierat ⁊ nunq̄
potuit illum inuenire: cui iuuenis
ſubridēs minuſq3 credens dixit.
hoc eſt aliud ſibi querit quā aſel-
li inquiſitio: qui querit aſellū va-
dit cū ſocio: ⁊ nō ſola ſic feminu-
da ⁊ ſcapillata: aliḋ eſt quod que-
rebas dixit ipſe: dicas mihi veri-
tatem ſi vis quod adiuuē tibi: vn-
de venis vbi fuiſti quid facis hic
ſola? q̄s te adduxit dicas mihi oīa
ſi vis habere ſuffragiū ⁊ ero tibi
ſecret9 ⁊ fid9: ¶ Tūc mulier ipſa
Lucretia nuncupata que erat ſa-
tis pinguis ⁊ pulchra ſ3 ſatis ti-
meret ſeuitiam viri ⁊ ſuorū cōſan

guincorum tñ confiſa eſt de iuue
neillo rogando, ipſum prius ſum
mis precibus ne cuiq̄ʒ reuelaret
factũ illud ſed taceret: qꝛ ipſa vo
lebat pinguiora munera ſibi elar
giri: cui iuuenis ſub fide ꝓmiſit
quod abſq̄ʒ dubio cũcta referret:
ꝛ ille futur⁹ erit ſibi ſecretiſſim⁹:
tũc ipſa faſſa eſt quod reuertebatur
ea nocte a ludis beneuentanis:
ꝛ dũ eſſet i itinere deferretur
q̄ʒ per aerẽ a magiſterulo ſuo audito
ſono cãpane que pulſaƀ de
mane ꝓ aue maria fuit ſibi neceſ
ſe q̄ illã deponeret in terrã eodẽ
loco in quo reperiebatur q̄ñ audiuit
ſonum predictum ꝛ hoc mo
do ipſa ſic ſola reperiebaƀ ibi: qui
iuuenis acceſſit ad illam ꝛ preſti
tit ſibi e pẽ ĩreueſtiẽdo ꝛ recalcitã
do ſe. Deide aſſociauit illã vſq̄ʒ ad
domũ abſq̄ʒ eo qđ aliquis factuʒ
illud aduerteret: ꝓ cui⁹ laborib⁹
ꝛ fide mulier ipſa donauit dicto
iuueni vnum par caligaꝝ vnũ bi
rettum ꝛ camiſiã vnam. ꝛ certas
penas caſci rogãdo cum iterũq̄ʒ
iteꝝ vt taceret: ꝛ ita promiſit ꝛ tacuit
rẽ ipſam per plures menſes:
deinde neſcit quo ſpiritu aut indignatiõe
vel lapſu iuuẽtutis du
ct⁹ rẽ ipſam ſecreto mõ cum vno
deinde cum altero propalauit: adeo
qđ paulatim res deuenit ad
notitiã curie: vnde mulier ipſa ca
pta ꝛ cũ alijs icarcerata fuit ꝛ iuuenis
ille vt teſtis oĩa hec medio
iuramẽto depoſuit adeo qđ ipſa
queq̄ʒ poſt mul'a facinus ſuum
diuti⁹ tergiuerſare nõ potuit ego
tñ illaꝝ ſentẽtijs intereſſe nõ po
tui: qꝛ neceſſe mihi fuit ad vrbeʒ
reuerti illaſq̄ʒ dimiſi earum iudici
ordinario vt iuſtitiã faceret ſʒ
cuncta retuli prefato dño Abbati
prout inuenerã qui mãdauit
ſuo Locũtenenti vt de ipſis iuſtitiã
faceret: ꝛ ide ad paucos dies
retulerunt mihi quod vitam ſuã
finierũt flãmis iſtarum: vnguenta
vidi atq̄ʒ tetigi ꝛ quaſdã alias
maleficas mixturas: quibus grauiſſimas
egritudines i humanis
corporib⁹ inferebant: ꝛ illud etiã
vidi quo hoiēʒ ad eaꝝ libitũ i furorem
ꝛ inſaniã inducebant que
oĩa mãdaui igne comburi. ¶ Ex
quib⁹ omnibus manifeſte deprehendi
põt quod vere ꝛ corporaliter
deferuntur nõ aũt in ſpiritũ ill
luduntur: ad quid enim op⁹ erat
q̄ illa prior cõquereretur de laſſitudine
corporis ꝛ mẽbroꝝ poſtq̄ʒ
reuerſa erat a ludis: vbi dixit q̄
per tres vel quatuor dies ſe male
habebat in corpe pp magnos
labores dictaꝝ coreaꝝ ſi in ſpiritu
dũtaxat fuiſſet apphenſa illuſione
illa nõ erat opus quod cõquereretur
de corpore ꝛ nimio labore
qꝛ corp⁹ nõ laborat in ſomnijs:
ſed animus duntaxat vt. d.
c. epi. Altera etiã mulier de qua
in vltimo exẽplo non fuiſſet comperta
ſola in illo loco niſi fuiſſet
in corpe: vt ex predictis pʒ. ¶ Sʒ
quero nunc quare eſt quod i iſta
ſecta vt plurimũ ſunt mulieres viri
autẽʒ rari ſunt? Reſpõ. plures
redduntur rõnes per doc. prima
eſt quod mulier tanq̄ʒ debilior ꝛ
fragilior facilius decipitur a dia
bolo: ꝛ credit oĩa que ſibi perſuadentur.
c. ſorus. de verbo. ſigni. c.
ſ. de cland. deſpõ. ꝛ habeƀ Gen.
iij. c. vbi diabolus ſerpẽs pri⁹ decepit
mulierem quam virum: eo
qꝛ magis credula fuit: alia põt eſ
ſe rõ q̄ hoc faciũt ꝓpter explẽdã
libidinem carnis quam alio mo

do non poſſent abſq; ignominia
ſatiare. iſto cũ modo capiũt dele
ctationem cũ demone ⁊ compleñt
deſiderium ſuum abſq; eo quod
contra ipſas inſurgat infamia vt
ex plurium ipſaꝝ mulierũ cõfeſ-
ſionibus accepi dũ iſta ſubtiliter
indagarer. Quidaꝫ alij dixerunt
quod mulier eſt magis vana ⁊ cu
rioſa ⁊ magis familiaris diabolo
ꝙ ſit vir ⁊ q̃ minꝰ timet trãſgreſ-
ſionem precepti ſuperioris ꝙ vir
quaſi quod magis regitur volun
tate appetitu ⁊ ſenſualitate ꝙ̃ ra
tiõe: vt habetur. xxiij. q. vij. quod
ꝓpoſuiſti. ⁊. q. v. adã. ⁊. c. mulier. ⁊
per gl. in. d. c. j. de cland. deſpon.
⁊. d. c. iij. ſuper Ben. ⁊ ibi ꝑ ſacros
doc. ¶ Ex predictis itaq; conclu
do concluſionem ipſam eſſe ſuffi
cienter probatam cui non habẽt
obſtare quedã que ſuperiꝰ in cõ-
trarium adducebantur. Et pri-
mo non obſtat tex. in. d. c. epi. ſu-
per quo tenentes cõtrariũ ſe oẽs
fundãt cui licet per alios doc. an
tiquos ⁊ moder. fuerint date plu-
res reſponſiones ad vnum tñ tẽ
dentes. ſ. ꝙ ille tex. non loquitur
de ſecta iſta ſtrigaꝝ. ſed de alia lõ
ge diuerſa ab iſta. Ego tñ id cõ-
probando alio modo reſpõdebo
ad illum tex. declarando literam
⁊ mentem illius concilij: ⁊ anteꝙ̃
ad vlteriora procedam premitto
quod omnis lex recipit interpre-
tationem a ratione ſua maxime
qñ ratio in lege reperitur expreſ-
ſa que magis attẽdẽda eſt quã di
ctũ legis. l. adigere. §. ꝙuis. ff. de
iur. patro. l. cũ pr̃. §. dulciſſimis.
ff. de leg. ij. l. milites prohibent. ⁊
l. milites agrũ. in prin. ff. de re mi
lit. l. nomẽ. i fi. ff. de le. iij. ⁊ Bar.
in. l. ij. §. videndũ. ff. ad tertul. idẽ
Bar. in. l. oẽs populi. in. vij. q. ꝓn
cipali. ff. de iuſti. ⁊ iur. Bar. in. l. ſi
cõſtante. in. v. col. in. vij. ⁊. ix. q. ff.
ſolu. matr. ⁊ in. l. ſi vero. §. de viro
eo. ti. ⁊ in. l. j. C. queſit lon. cõ. ⁊. j.
diſtinc. conſuetudo per Bemi. in
c. vbi periculuꝫ. in. ij. not. de elec.
lib. vj. ⁊ eſt glo. not. in Clem. ſ. de
elec. in ver. ſi. eligatur. ⁊ glo. in. d. c.
cõſuetudo. j. diſt. Ideo dicũt doc.
quod cum non cõuenit ratio legis
minus conuenit ipſa lex. d. l. cum
pr̃. § dulciſſimus. ⁊. d. l. nomẽ. i fi.
⁊. d. l. milites. la ꝓma. ⁊ la. ij. ff. de
re mili. Quibꝰ premiſſis dico qđ
ratio principalis illius. c. ⁊ inten
tio concilij aquiren. non fuit vel
le impugnare ⁊ habere ꝓ impoſ
ſibili quod demõ deo permittẽte
non poſſit hominem corporaliter
deferre de loco ad locuꝫ motu lo
cali: qꝛ ſi fuiſſet iſtius intentionis
dixiſſet ꝯ ꝯmunẽ omniũ Theolo
goꝝ ⁊ canoniſtarũ ſniam imo cõ
tra tex. proprium ſacri euangelij
Mathei. iij. Luc. iiij. Marc. j. c. in
ꝓn. vbi apparet quod diabolꝰ tẽ
tando xp̃ꝫ qui erat deus ⁊ homo
naturalis detulit ipſuꝫ corporali
ter ſuper pinnaculum templi ⁊ in
montem excelſum vt latius infra
dicemus. intẽtio igit̃ finalis illiꝰ
concilij in illo ver. Illud etiã non
eſt obmittendum ⁊c. fuit velle im
probare ⁊ damnare errorẽ illum
in quo erant mulieres ille ſcelera
te de quibus ibi q̃ erant heretice
⁊ in ſua obſtinata opinione dam
nate: ⁊ q̃ fuit ratio ꝓncipalis atq;
finalis quare Conciliuꝫ illud de
clarauit mulieres illas eſſe here
ticas ⁊ dãnatas. Nõ dico ꝓncipa
lis fuit illa quã ponit ibi tex. vꝫ
Cum aliquid diuinitatis aut nu-
minis eſſe extra vnum deuꝫ arbi

trantur hec eſt ratio principalis que facit illas eſſe damnatas: qđ melius declaro ſic Concilium illud in princi. text. ponit generale edictum quo mandat omnibus Epis ꝛ clericis vt ſummo ſtudio elaborēt perniciosam ſortilegā ꝛ magicā artem ex parochijs ſuis penitus eradicare. ꝛ ſic p̄mo improbat artem: deinde deuenit ad ſpeciē. ſ. ad homines illius artis peritos dū dicit: quod ſi aliquē virū aut mulierem huiꝰ ſceleris ſectatorem inuenirāt turpiter dehoneſtatū ex parochijs ſuis deijciāt quia ſubuerſus eſt ꝛ his etiam q̄ ſimilis eſt ſibi ſubuerſi ſunt oēs ꝛ a diabolo captiui tenētur que relicto creatore ſuo diaboli ſuffragia querunt: ꝛ ideo a tali peſte debent mundari ſancta eccleſia. hic em̄ remanet completa oratio prime partis capituli vbi Concilium mandat extirpari hanc reprobā artē magicā ꝛ ſortilegā ꝛ illius pfeſſos turpiter dehoneſtatos et externos a fide catholica ex oibꝰ parochijs ſuis expelli ad hoc vt ſancta eccleſia a tali peſte liberet. Deinde incipit ſecunda pars ibi illud etiā non eſt obmittendum quod quedā ſcelerate mulieres retro poſt Sathanā conuerſe ꝛc. vbi Concilium predictum mutuauit ſermonem ꝛ poſuit alium caſum diuerſum a precedēti: quod patet ibi dū dicit illud nō eſt obmittendū ꝙ quedā ſcelerate mulieres ꝛc. tex. ibi in princ. locutus fuit de mulieribus que artem magicam et ſortilegam profitentur ibi dum dicit ſi aliquem virū aut mulierē huiuſcemodi ſceleris ꝛc. ſi em̄ cōciliū predictū in illa ſcđa parte voluiſſet intelligere de eiſdē mulieribus de quibꝰ fuerat facta mentio in principio. tex. nō dixiſſet per iſta verba q̄dā ſcelerate mulieres ꝛc. ſed dixiſſet p aliqua verba repetitiua earumdem pſonarum ꝛ qualitatū. vꝫ eedem ipſe dicte: vel predicte: vel per alia ſimilia verba: ex quo em̄ text. in dicta ſecūda parte non fuit locutus p verba repetitiua: ſed per diuerſa ꝛ diuerſum ſenſum ꝛ caſum demonſtrātia fatēdū eſt de neceſſitate q̄ ille ſit diuerſus caſus a precedenti ꝛ ſic diuerſa ſpecies perſonarum: ꝛ quod ſit verū clarius demonſtrabit infra. Concilium igitur deueniendo ad ſecundā partem exponit iſtarū mulierū pfeſſionē ꝛ qualiter ſub falſis illuſionibus ꝛ fantaſmatibus illuduntur a demone: deinde enumerat quaſdā operationes quas mulieres ille pfitentur facere cum Diana vel Herodiade deabus ſuis quarū iuſſionibus ad illarū ſeruitiū euocantur ꝛ nocturnis horis accedere profitentur: ſed vtinam he ſole in ſua perfidia periſſent ꝛ non multas alias ad illarū interitum pertraxiſſent: deinde ponit modū infidelitatis: ꝛ errorem exprimit qđ principaliter deducuntur in hereſim dū dicit nā innumera multitudo hac falſa opinione decepta hec vera eſſe credunt. ſ. q2 putant Dianam ꝛ Herodiadē eſſe veras deas: ꝛ poſſe illa opera de quibꝰ ibi perficere ꝛ credendo a recta fide deuiant et errore paganorum inuoluuntur. Ratio finalis ꝛ principalis omnium ſupradictorum operum ꝛ damnate credulitatis ex q̄ dicunt heretice nunc ponitur dū dicitur. Cū aliq̄d diuinitatis aut numinis extra

vnū deum arbitrātur ⁊ huc vſqꝫ
perficitur:ſecunda oratio ⁊ dictū
illius ſecunde partis deinde ſe-
quitur improbatio illarum falſe
opinionis ⁊ erroris predicti. Ra-
tio igitur finalis eſt illa quā ꝓxi-
me dixi ex qua omnes alij errores
⁊ illuſiones ſucceſſiue dependent
cum credunt illas Dianaꝫ ⁊ ħe-
rodiadem eſſe veras deas ⁊ in
eis multū diuinitatis ⁊ numinis
eſſe:⁊ iſte eſt verus intellectus il-
lius capituli ſi bene cōſideretur
in verbis ⁊ in mente. Stante igi-
tur rōne ꝑdicta expreſſa ſecundū
illā verba ipſius legis ſunt inter-
pretāda:⁊ vbi ratio ipſa non con
uenit lex quoqꝫ omnino ceſſat.ↄ.
l.cū pater.§.dulciſſimis.ff.de le.
ij.l.hec actio.⁊ ibi Bart.ff.de ca-
lū.l.is qui animo.ff.de acquiren.
poſſeſ. Ratio autē predicta non
cōuenit neqꝫ verificari poteſt in
hac ſecta ſtrigarum ⁊ maleficioꝝ
quippe quia ipſi vel ipſe non de-
cipiunt̄ iſta falſa opinione putā-
tes inſeruire deabus iſtis ⁊ extra
vnum deū aliquid numinis eſſe:
ſed ipſe vidēt cognoſcūt ⁊ appre-
hēdūt expſſe qđ illaꝝ. Princeps
cui inſeruiunt ⁊ quē obediunt ⁊
adorāt eſt diabolus inferni infe-
rior deo:⁊ inimicus dei:ſꝫ illi in-
ſeruiunt relicto creatore propter
mundi vanitates ad explēdas il-
laꝝ libidines.ↄ.c.epiſcopi.in ꝑn.
⁊.c.ſi quis epiſcopus.eadem.q.v.
ſi enī ratio ipſa de qua ſupra iſtis
ſtrigimagis non conuenit verba
legis ⁊ illi9 diſpoſitio minus cō-
uenire debet per ea q̄ proxime di
cta ſunt eo maxime. Quia rō le-
gis determinata reſtringit dictū
legis:vt illa duntaxat lex ipſa cō
prehendat ad que ratio illa natu
raliter adaptari pōt:⁊ non vltra
ↄ.l.cum pater.§.dulciſſimis.⁊.l.
hec actio.⁊ ibi Barto.ff.de calū-
nia.⁊.l.is qui animo.ff.de acqui-
ren.poſſeſ.⁊ prima diſtin.conſue-
tudo.⁊ not.glo.in Clemen.pri.de
elec.⁊ per Geminia.in.c.vbi peri
culum.in prin.eo.tit.lib.vj.cum
autem iſte ſint excluſe a ratione
dicūtur eſſe excluſe a legis diſpo
ſitiōe per ea que ſupra diximus:
nec obſtāt exēpla ⁊ auctoritates
quas textus inferius deducit de
Paulo ⁊ Ezechiele:quia illa oīa
referuntur ad ſectā illam:de qua
ibi non autē ad ſtrigas ſiue ma-
leficas:de quibus hic. Fateor ta-
men quod ſtrige iſte ⁊ malefice
in quibuſdam conueniunt cum
mulieribus illis de quib9 in.ↄ.c.
epiſcopi.in ſecunda parte in hoc.
ſ.conueniunt quia vtraqꝫ ſecta in
ſeruit Diabolo etiam illius impe
rio gubernatur:ſed vna ſcienter
altera ignoranter:vna decipitur
altera decipit. Cōueniūt ⁊ in alio:
quia quo ad effectū eterne dam-
nationis:ita ſunt damnate ille ſi
cut iſte ita Demones habent im
perium ſuper illis ſicut ſup iſtis ⁊
eodem modo ille ſunt eliminā de
⁊ deijciēde extra parochias ſicut
iſte ſtrigimage:q2 oēs ſunt dāna-
te.nō tñ ſequit̄ ſi in aliquibus cō-
ueniunt ⁊ equiparantur:ergo in
omnibus debent eſſe equiparate:
q2 data diuerſitate rōnis dat̄ etiā
diuerſitas iuris:vt.ſ.diximus et
dicemus etiā infra eo.tit.q.xij.dū
declarabitur materia poculorum
ſiue veneficioꝝ:⁊ vt dixi extra cōio
nem fideliū poſite ſunt ille ſicut
iſte ⁊ omnes tanꝙ oues morboſe
ſunt penitus a chriſti fidelibus
euitāde ne ſanas oues morbo il-

lo inficiant.l.ij.C.de sum.tri.⁊.l.
bi qui,sanctã.C.de aposta.q2 oẽs
sunt eiusdẽ diabolice religionis:
sed diuerse pfessionis et habitus
dico animi nõ corpis ⁊ ordinis p
fesse sicut monachi et moniales
xpiane religionis diuersos ordi
nes pfessionis accipiunt ad vnũ
tñ diuinũ cultũ oẽs tendentes:ita
isti dãnati diuersos ordines ⁊ ri
tus accipiũt ⁊ sub diuersis ordini
bus ⁊ moribus diabolo inseruiũt
⁊ diuersis quoqꝫ noibus nũcupã
tur:quidã sunt heretici:quidam
manichei alij vero apostate: alij
scismatici donatiste:et similes de
qb9 in.l.manicheos.C.de heret.⁊
l.j.⁊.l.bi q sanctã.C.de aposta. et
habeť per glos.Abb.⁊ alios doc.
in rub.⁊ in.c.j.de aposta.⁊ de scis
mat.⁊ hoc est quod in effectu vo
luit dicere text.in.c. excõicamus
lo primo.⁊ lo.ij.in pn.extra de he
ret.vbi dixit.facies quidem habẽ
tes diuersas caudas autem adin
uicẽ colligatas q2 de vanitate cõ
ueniunt in idipsum p facies dico
diuersas itellexit de diuersis ordi
nibus hereticorũ siue sortilegorũ
per caudas adinuicẽ colligatas
intellexit de vnico cultu eiusdem
diabolice religionis:q2 oia cor ⁊
opa tẽdunt ad cultũ Sathane si
ue in mẽte ⁊ intellectu:siue in cor
pore fiant.ad hoc vide q dixi.s.in
9 primo euidẽtiali huius.q. †Ille
igitur mulieres de quibus in.d.c.
epi.dicunť pprie heretice ex quo
psistũt in illo errore putantes ali
qd numinis esse in illis deabus ⁊
illas esse veras deas relicto deo
saluatore nro vt in.c.j.de sum.tri.
⁊.xxj.q.ij.q sine saluatore.⁊.c.fir
missime.de hereti.Iste vero stri
gimage magi ⁊ sortilegi que sciẽ

ter ex propria malitia peccant re
linquentes diuinũ cultum ⁊ chri
sti fidem ⁊ scienter adherẽtes dia
bolo quem sciunt ⁊ cognoscunt
diabolum infernalem ⁊ inimicũ
dei non dicuntur proprie stricte
heretice:q2 nullo dicuntur errore
seducte:sꝫ potius apostate pfidie:
q2 sciẽter ppria temeritate recesse
runt a fide xpi q̃uis ista earũ apo
stasia longo tpe indurata ⁊ perti
naciter defensata transit in here
sim.vt diximus.s.tit.q.ij.⁊ dicunt
glo.⁊ doc.in rub.extra de aposta.
⁊ habeť p imperatorẽ l.j.⁊ bi qui
sanctã.C.eo.tit.vbi apostate pro
prie dñr q sciẽter ⁊ propria aucto
ritate siue potius temeritate retro
cedunt a fide xpiana vt habetur
in.d.l.j.⁊ in glo.rub.⁊ in.c.j.extra
eo.tit.⁊ p.S.Thom.in scda scde.
q.xcv.art.v.⁊.vj.in titu.de supsti.
ad q faciũt que diximus.s.in pri
mo euidẽtiali ⁊ supra etiam.q.ij.
30 ¶ †Et nota vnũ valde singulare
qd istorũ apostatarũ due sunt spẽs
vna est q simpliciter retrocedit a
fide sequitur cultũ ⁊ obediẽtiã de
monis:altera est q postq̃ xpi fidẽ
abnegando postergauit ⁊ deiecit
ex corde suo iterũ se baptizat ex
psse in noie diaboli:⁊ aliud nomẽ
sibi superimponit lꝫ vtraqꝫ spẽs
sit damnata:prior tñ si pctm suũ
reuocat admittiť ad pniam ⁊ eui
tat penas corpales sicut hereti
ci:vt.l.manicheos.C.de heret.se
cũda vero spẽs nunq̃ admittitur
ad pniam in foro iudiciali ex qua
possit euitare penas corpales et
si millies abiuraret pfessionẽ il
lam ⁊ vellet ad xpi fidẽ reuerti nõ
auditur quo ad istũ effectũ:⁊ iste
est tex.valde not.ad hoc in.d.l.bi
qui sanctã.⁊ ibi glo.C.de aposta.

eodem modo irremiſſibiliter pu-
niūtur qui abnegato baptiſmate
xpiano iudei effecti ſunt ⁊ inter
iudeos commorantur. vt in. l. ij. C.
31 de apoſta. ⁊ quo ad aiam vero in
foro ɔſciētie admittiꝰ pnia iſtorū
ab eccleſia ⁊ alioꝝ quorūcūqꝫ. vt
not. in. d. l. manicheos. per doc. et
habeꝰ in. c. ad abolendā ⁊. c. fir-
miſſime. de heret. p gl. in. c. excōi
camus. el. ij. eo. ti. ⁊. c. ſup eo. titu.
lib. vj. ⁊ diximus. ſ. tit. ſ. q. v. circa
finē. ⁊ iſta ſit prima dr̄ia que repe
ritur inter iſtas quo ad nomen ⁊
ordinē profeſſionis. ¶ Scd̄o dif-
ferūt in modo profitēdi: qꝛ ille de
qbus in. d. c. epi. non faciunt pro-
feſſionem expꝛſſam cū demone ſi-
cut iſte nec credunt inſeruire de-
moni: ſed deluduntur ſub ſpecie
boni. ⁊ ppea dicit tex. ibi qꝫ diabo
lus poſtq̄ illarū mentē captiuatā
tenet transformat ſe in diuerſas
ſpecies pſonarum. ¶ Tertio diffe
rūt: quia ille nulla cōficiūt ſortile-
gia nec maleficia in humanis aut
brutoꝝ corporibus ⁊ nemini no-
cent niſi ſibiipſis ⁊ ppea non di-
cunꝰ malefice: ſꝫ heretice. iſte ve-
ro ſunt deterioris conditionis: qꝛ
nocēt multis per diuerſa malefi-
cia: vt latius ſupra vidiſtis in. ij.
iij. q. ¶ Quarto diſconueniunt in
hoc qꝛ non reperiꝰ quod ille ali-
quē maleficiatū curauerint ⁊ ipſa
maleficia cōtrarijs maleficijs ab-
ſtulerūt: iſte vero publice incūbūt
cure ⁊ medelis maleficiatorum ⁊
poſtq̄ aliquē dicto morbo curа-
uerint ſepius indicant maleficiā-
tē ſaltim aliqb9 indicijs. vt habe
tur p. S. Aug. in lib. x. de ciui. dei
⁊ in. iiij. de trini. ⁊. S. Thom. in. d.
q. v. prime partis tract. qq. in titu.
de mira. ⁊ habeꝰ. xxvj. q. v. nec mi
rum. §. necromāti. ver. ad hec oīa.
¶ Quinto qꝛ illa licet inſeruiant
demoni virtualiter tn̄ inſeruiunt
ſub forma dearum ⁊ bonoꝝ nu-
minū: iſte vero proprio demoni
ſedenti in ſolio maieſtatis cui vt
dño ⁊ vnico pꝛincipi reddūt obe-
dientiam vt ſupra latius diximus
in. ij. ⁊. iij. q. ¶ Sexto quia nō ap-
paret quod ille de quibus in. d. c.
epiſcopi. accedant ad ludos: ⁊ ex-
erceant ibi choreas ⁊ ſaltationes
⁊ demum coitum carnalē habeāt
cum ſicut iſte per ea que. ſ. latius
in hac. q. concluſimus et per. S.
Thom. d. q. v. ¶ Septimo diſcor
dāt in hoc: qꝛ ille nulla celebrant
ſacrificia nullāſqꝫ imagines offe-
runt neqꝫ baptizant: aut reſponſa
petūt: iſte vero cūcta opera hmōi
faciunt vt ſupra late vidiſtis in. ij.
⁊. iij. q. ⁊ in hac etiam in primo. ⁊
ij. fundamēto. ¶ Et qd̄ ſint diuer
ſi ordinis ſpecie differētes appa-
ret ex diuerſitate tractatuū ⁊ capi
tuloꝝ ⁊ etiā auctorū. ea cū q̄ diſ-
ponunꝰ in. d. c. epi. decreta fuerūt
in cōcilio aquirē. diſpoſitio aūt. c.
nec mirū ſumpta fuit ex doctrina
textualiū. S. Aug. in lib. x. de ciui.
dei cū igiꝰ ex diuerſis auctoribus
tpibus ⁊ cauſis decreta ipſa ſtatu
ta fuerint ſuperflua fuiſſet alteri9
deciſio ſi vtrumqꝫ eundē caſum
comprehenderet vel decidere: cō
tra no. in. §. quibus in prima con-
ſtitu. C. ⁊ in. c. ſi papa. de priuileg.
lib. vi. ne igiꝰ iſtud incōueniēs ſu-
pfluitatis ſuccedat dicamus qd̄
c. epi loquaꝰ de diuerſa ſpecie mu
lierū ab iſta ⁊ ab illa de qua in. d.
c. nec mirū. maxime cū in verita-
te plures reperiūtur ſpēs ⁊ diuer
ſe profeſſoꝝ ſub hac diabolica reli
giōe vt. ſ. dictū eſt in pmo euidē-

tiali. ¶ Sed contra predicta op-
po. et dico qd imo. d. c. epiſcopi. lo
quit de iſtis ſtrigimagis maſcu-
lis et feminis et de oib9 ſortilegis
vt apparet i princ. ipſi9. c. dum dr
qd epi et eorū miniſtri curā hēant
ſortilegā et magicā artē a zabulo
inuētā extirpare et ſi aliquē viruz
aut mulierē huiōi ſceleris ſecta-
torē inuenerint ex parochijs ſuis
omni ſtudio eliminare et deijcere
curēt. ſol. verū eſt quod oēs illi q
ſūt diabolice religiōis et ſub illi9
obedientia debent a lumine eccle
ſiar et a xpi fideliū cōione repelli
ſiue ſint heretici: ſiue ſciſmatici: ſi
ue apoſtate. magi: necromanti:
ſortilegi: cuiuſcūq ſint ordinis et
gradus aut quocūq noie nuncu
pent quo ad hoc vt a fideliū xpi
cōſortio ſeparent oēs equiparāt
ex quo oēs dānati ſunt et dicunt
veluti oues morboſe et ab ouili
xpi fideliū penitus externe et me-
rito ſūt igit ab ipſor cōſortio ſe-
parāde: vt. l. ij. C. de ſum. tri. et l. hi
q ſcām. C. de apoſta. c. firmiſſime
et. c. ad abolēdā. extra de heret. et i
Clem. j. eo. ti. et. d. c. epi. in prin. lz
cū q ad hoc ſint equiparati non
ſequitur ergo qd quo ad oia cen-
ſeantur eſſe eqparati: vt no. in. c.
excōicamus. in pn. el. primo. et lo.
tj. de hereti. lz enim iuris lator in
princ. d. c. fecerit mētionē de hac
ſecta nihilominus poſtea dū loqui
tur de illis mulierib9 i ſpecie mu
tauit caſuz in facto i ver. ibi illud
etiam non eſt omittendum quod
quedam ſcelerate mulieres retro
poſt Sathanam conuerſe et c. qui
eſt diuerſus a precedenti vt pz ex
his que tradit. S. Thom. in. d. q.
v. prime ptis trac. qq. tit. de mira
cu. vbi dicit quod demones pñt
mirabiliter in nobis operari du
pliciter: vno modo per veraz cor
poris trāſmutationē et per veros
effectus corporeos. Alio modo p
apparentiam et illuſionez ſenſuū
ex aliqua immutatione imagina
tionis p que verba voluit intelli-
gere de vtraq mulierū ſecta ſub-
iūgens et qd neutra tñ ipſar opa
tio eſt miraculoſa ſed ex reb9 na
turalibus et per modum artis de
monis ſubtilitate inēta: et hec ſuf
ficiant quo ad ſolutionē oppoſi-
tionis facte de. d. c. epi. ¶ Ad illd
ſecundu dico dum adducitur il
lud incōueniēs qd demō porta-
re poſſet et c. ſolu. colligitur ex his
que dicit. S. Thom. in. d. q. v. ver.
reſpondeo in ti. de mirac. vbi di-
cit quod demones multa poſſent
facere que nobis viderentur eſſe
miracula: tñ ea faceret eor natu-
rali virtute et ex reb9 naturalib9
ſi a deo facere pmitterent: ſed qz
non permittunt iō ea facere non
poſſunt que quidez facultas fuit
illis adēpta per paſſionē dñi nři
Ieſu chriſti. vide ibi: vt ſingulari
ter dixit. S. Bonauen. in. iij. ſen.
diſt. xix. q. iij. et diximus ſupra. q.
precedenti. nec eſt mirandum ſi
demon ſtrigimagas et alios ſuos
profeſſos defert corporaliter: qz
id facere pōt deo pmittente: ex q
ſūt omnes gregis diabolici: vt la
tius diximus. 3. ea. q. in. iiij. funda-
mento iſti9 vltime opi. et tetigi ēt
ſupra in vltimo fundamēto eiuſ-
dē poſt ſeptimā differētiā iter. d.
c. epi et ſectā ſtrigarū. Ideo q opti
me facit dictū illd. S. Bonauēin.
iij. ſen. diſt. xix. q. iij. n. 22. et 23. de
q diximus. 3. q. prima a. 3rio ſenſu. ſi
cū Diaboli potētia fuit depſſa et
debilitata p paſſionez dñi noſtri

Jeſu xp̄i a quo fit manus attra
hens penitus abſciſſa manus ve
ro cōpellens debilitata: et eius vi
res coanguſtate fuere: illud eſt ve
rū reſpectu chriſtianorum p quos
bus effuſus fuit ille ſanguis pre
cioſus: alii vero qui ſunt extra ba
ptiſmū et abnegarūt fidem xp̄i ſi
cut pagani ſunt reputādi et ſunt
extra omnē gratiam et beneficiū
ſalutis. vt. d. c. nrmiſſime. de here
ti. et. l. hi qui ſancrā. C. de apoſta.
ergo ſequitur qd diaboli potētia
quo ad iſtos remanet illeſa: et per
ɔñs ipſos deferre pōt ad libitum
accedente maxime ipſarū mulie
rum voluntate et conſenſu. ¶ Ad
tertiū dico qd demones non pſſit
extendere eorū vires cōtra iuſti
tiā humanā et eripere captiuos
de manibus publice iuſtitie: quia
deus non permittit: vt dicit. S.
Aug. in lib. x. de ciui. dei: et Sctūs
Tho. d. q. in tit. de mirac. alīs ſe
queret qd demonis potētia eſſet
ſupra diuinā et qd iuſtitia oino p
iret: et iura oia ſubuerterēt quod
deus nullo modo patitur vt dicit
Tho. ibi vide q̄ d. xi ſupra eo. q. v.
¶ Ad quartū nō negatur immo
cōcedit qd demones poſſunt mi
rabilia operari in imaginatiua et
humano intellectu que veriſimil
lima ſant .. era vndiq; eſſe videā
tur: ex hoc tñ non ſequitur q nō
poſſint aliquas opationes natu
rales efficere et mouere corpa in
feriora: vt late dixim⁹. S. in primo
fundamento: et etiā in ſcdo huius
concluſionis et. S. Tho. in. d. q. v.
ver. rñdeo. vbi dicit qd demones
poſſunt mirabiliter in nobis ope
rari dupl'r vno modo per veram
corporis trāſmutationē. alio mō
per preſtigioſam mētis illuſionē
et formas apparētes: vt habet in
d. c. epi. in. ij. parte. ¶ Ad q̄ntum
dū datur de illo exēplo rñdeo qñ
demones facile pñt hoies decipe
re dum capiunt mulieres ad lu
dos pdictos et illorū ſacrificia ce
lebranda neceſſe eſt qd habeant
mulierē in corpore et earum natu
rali forma ſi ea q̄ cupiunt pfici
volunt et pptera ne ſequaē ſcan
dalū aut periculū ɔ ipſas ſatha
nas mittit aliū demonē in forma
ſuccubi q̄ iacet ad lat⁹ mariti lo
co vxoris: quoties contingit oia
vxoris officia in thoro coniugali
etiā coitus ſubire nō denegat: ſz
libēter appetit: et adeo ſe bene ac
cōmodat qd quēq; etiā ſapientiſ
ſimū falleret. vide. S. Tho. in. d.
q. v. et dixi. S. late in primo funda
mento cōcluſionis et in. ij. euiden
tiali. dūz dixi de opationib⁹ incu
borū et ſuccuborū. Nec pe velle qd
hi q̄ tenent aliā opi. qd deferunē
ſolū in ſpū reducerēt mihi intel
lectū illū ad practicā. Aut eñ vo
l..t qd demon capiat partē ſpūs:
ſz anime: qz ſpūs hominis idem
eſt qd aīa vt no. declarat Arc. in
c. moyſes. xxxij. q. ij. et hoc facere
non poteſt: quia anima eſt vnica
in ſubſtātia et indiuiſibilis et nul
lam recipit diuiſionem in q̄ntita
te nec i qualitate: vt dicit philoſ.
in primo de anima. et eſt gl. not. et
ibi Abb. in. c. j. de ſum. tri. in ver.
ſimplex. et Bar. in. l. ſtipulatiões
non diuiduntur. ff. de v̄b. obli. in
ſ. opp. vbi dicit quod anima eſt
indiuiſibilis: et eſt tota in toto et
tot. in qualibet parte corporis:
aut volunt q demon capiat totū
ſpiritum ſiue totā animam et ne
ceſſe eſſet quod remaneret homi
nis cadauer et ſic mortuū abſcen

te anima ⁊ ſequeret̃ maius incon
ueniẽs: q̄r eſſet in poteſtate demo
nis auferre vitam hoi ⁊ illi de=
functo reſtituere ⁊ ſic mortuũ ſu=
ſcitare: qđ eſt impoſſibile q̄r ſol⁹
deus hoc facere pōt: ⁊ nulla crea
tura neq̧ angelica neq̧ humana
habet hanc facultatē ſuſcitandi
mortuũ: vt dicā .j.iij.x.q. vñ nō vi
deo quomodo illoꝝ opinio poſ=
ſit ſaluari intelligẽdo de ſtrigis ⁊
magis: ⁊ ſi tu diceres non dico ꝙ
demon auferat totā nec partem
anime ſed deludit dormientē per
illa ſigna ꝑſtigioſa formata i in=
tellectu ſiue intellectui preſenta=
ta per immutationē imaginatio=
nis qđ facere pōt demō. tūc rñd.
qđ eſt impoſſibile: vt tot natura=
1 les operationes que fiunt ꝑ iſtā
ſectā ſtrigimagarũ maleficioꝝ ⁊
2 alioꝝ ſimiliũ fieri poſſunt in ſpi
ritu ſolo q̄n interueniat corpus ⁊
1 mēbra naturalia: q̄uo eñ poſſent
in cōgregationib⁹ ⁊ ludis predi=
7 ſucceſſiue. Et hinc eſt qd infans qui naſcitur ſeptimo menſe viuit eo quia naſcitur ſub ſydere lune vite humane compatibili: ⁊ quia tunc infans dicit eſſe perfect⁹ ex quo participauit de natura ⁊ q̄litatibus oīm ſeptem ſyderū ſiue planetarum ſi naſcitur illo ſeptimo mēſe dum Luna dominatur viuit: et quamplures reperiūtur qui nati ſunt ſeptimo menſe et viuunt: ſi vero octauo menſe veniret in lucem perraro vel nunq̄ viuit ratio eſt: quia venit ſub ſydere Saturni maligno ⁊ multū cōtrario vite hoīs ex quo vt dixi eſt frigidus ⁊ ſiccus hꝫ cōformitatē cū morte: illi igitur qui ſub iſto ſydere veniunt in lucē adeo grauiter vulnerantur ⁊ ꝑimunt. vn⁹ ſy

deris malignitate et frigiditate qđ neceſſe eſt vt pereāt. Qui vero qui nono mēſe veniunt in lucem put maioꝛ pars venit oēs cōiter viuunt et creſcunt ex quo ſub Joue ceterꝫ benigniore ſydere ꝛ humane vite cōſeruatore oꝛiuntur de quo magis quam de alijs natura letatur: hec lꝫ ſint aliquantulum extra materiā noſtrā: tñ qꝛ ſunt delectabilis intelligētie ſaltim pro minoꝛibus hic inſerere placuit. ¶ Redeamꝰ nūc ad materiā noſtrā qua querebamus ꝙto tpe infans in vtero matris dꝫ eſſe foꝛmatus: ꝛ concludendū eſt ſm opinionē dicti doc. qđ communiter. xxx. et qñqꝫ. xxxv. die ad plus a die ipſius ꝯceptionis. quidam alij dixerūt quod maſculus poſt. xl. femina vero poſt. lxxx. dies habet perfectam foꝛmā. ita dicit glo. v. diſtin. in princip. in ver. xl. quam refert ꝛ ſequiť Abb. in. c. ſi aliquis. in fi. de homic. tñ de iure ciuili nō eſt diſcedendum ab opinione gl. i. d. l. diuꝰ. que eſt cōiter appꝛobata. †Si igitur poſt dictū tps mulier acceperit poculū aboꝛtionis ſcienter teneť vt matricida et legis pōpeie de paricidis pena punienda eſt. vt. d. l. ſ. §. mater. ff. ad leg. pō. de paric. † ſi autem alius ſciēter dederit poculuꝫ pꝛedictū qđ ipſa mulier ignoꝛanter accepit ille qui tradidit punitur pena legis coꝛnelie de ſicarijs: vt. l. ſ. in pꝛnc. et. l. iij. ff. eodem. tit. de ſica. †Si vero poculuꝫ predictū aſſumptum fuerit ante tps predictū. ſ. anteꝙ puerperiū eſſet foꝛmatum in vtero: et tūc aut mulier accepit pecuniam pro bibendo poculum vt faceret aboꝛtiuꝫ et iſto caſu mulier ſemper punitur pena capitis ſiue infans erat iam foꝛmatus ſiue nō. d. l. cicero. in pꝛinci. ꝛ ibi Bar. ꝛ ideꝫ Bar. in. d. l. diuꝰ. ff. de extraoꝛ. crimi. ſi vero mulier pecuniam nō accepit non punitur pena moꝛtis: qñ ante tps foꝛmationis ꝛ vite ipſiꝰ infantis aſſumpſit poculum: ſed alia pena extraoꝛdinaria relegationis. d. l. diuꝰ. ꝛ ibi glo. ꝛ Bar. in. l. pꝛegnantem. ꝛ. l. cicero. §. fin. ff. de pen. ꝛ. l. ſi mulierem viſceribus. ff. ad leg. coꝛ. de ſica qđ verū eſt de iure ciuili ꝑ iura pꝛedicta. ¶ De iure autē canonico inferť pena ſpūalis. ſ. excōicatiōis quocūqꝫ tempoꝛe fuerint data dicta pocula etiā ſi eſſent data mulieri nihil adhuc habenti in vtero ad effectum ne cōncipiat eadē pena puniunť velut homicide. c. ſi aliquis. de homic. in antiq. ꝛ diximꝰ ſ. pꝛime. q. in fi. ꝗpꝛedicta omnia tñ pꝛocedunt qñ fuit ſecutus effectꝰ qđ mulier fecit aboꝛtiuū partū: ſed quid ſi non obſtante poculo mulier peperit filiū viuentē et ꝗ durauit in vita: an ꝗ dedit poculuꝫ vel ipſa mulier puniatur et qua pena: vide do. And. barb. in cōſi. xxiij. i. ij. vol. vbi dicit qđ nō dꝫ puniri pena moꝛtis ex quo nō fuit ſecutus effectus: qꝛ hodie in maleficijs potius ſpectať euentꝰ quam ſolus animus delinquentis ſine effectu nihilominus non euaderet impunis ille ꝗ ſciēter tradidit vel que ſciēter aſſumpſit qꝛ poterit relegari ꝑ ea ꝗ habentur in. d. l. ſi ꝗs aliqđ. §. qui aboꝛtionis. ff. de peni. † Qñqꝫ vero ex poculo hmōi ſumpto mulier ipſa periit: ꝛ tunc ille ꝗ tradidit puniť pena vltimi ſupplicij lꝫ nō dederit doloſe contra ipſum: quia res

mali exẽpli eſt: ⁊ iſte ꝓprie caſus
in.d.§.qui abortionis.in fi. Quid
ſi aliquis dederit poculum ama-
torium mulieri pregnanti vt fle-
cteret eius animum ad amanduꝫ
ipſum tradentem ex quo poculo
mulier ipſa periit qua pena pu-
niatur tradẽs dic ꝙ eadem pena
vltimi ſupplicij quãuis animum
occidendi non habuerit et dolo
nõ fecerit: vt.d.§.qui abortionis.
qui decidit vtrũqꝫ caſum in ter-
minis hec tñ que ſupra diximus
procedunt de iure ciuili ⁊ inter
laicos. De iure autem canonico
vltra ea que diximus.ſ. clarius
hic diſtingue qꝺ aut loquimur de
iure antiquo ſecundum legem
Moyſis: aut de iure nouo ſecun
dũ cõſtitutiones Pontificũ. Pri
mo caſu ſi infans iam formatus
⁊ animatus erat quod qualiter ⁊
quanto tempore dicatur eſſe for-
matus ⁊ animat⁹ diximus.ſ.ea.
q.tunc det animam pro anima ⁊
ſic punit͛ pena mortis qui dedit
poculum abortiõis quo necauit
infantem viuentem: vt in.c. moy
12 ſes.xxxij.q.ij.in prin. † aut partus
nondũ erat completus in forma
nec animatus et tradens pocu-
lum huiuſmodi mulctat͛ pecunia
arbitrio iudicis.d.c. moyſes. Ra
tio eſt q꞉ nõ poteſt dici exanima-
tum illud quod caret anima quã
nõ habet adhuc. ¶ Secundo ve
ro caſu quando loquimur de iu-
re pontificio. aut loquimur de pe-
na irregularitatis vel degrada-
tionis ⁊ iſta non infert͛ niſi cleri-
cis effectualiter hominem viuẽ-
tem occiderit vel quod ſit natus
vel adhuc in vtero matris nõ re-
fert ⁊ in.c.j.⁊.c.ſicut dignum.§.j.
de homic. ⁊ ꝑ glo.in.d.c.moyſes.

c.ſi aliquis in glo.eo.tit. ⁊ glo. in
c.conſuluiſti.ij.q.iiij. idem ſequi-
tur Panor.in.d.c.ſi aliqs aut lo-
quimur de pena excommunica-
tionis ⁊ iſta infert͛ pro quocũqꝫ
abortiuo ſecuto ſiue puerperium
erat animatũ ſiue non ⁊ iura ipa
appellant iſtud homicidium: ſꝫ
anteqꝫ infans ſit plene formatus
⁊ animatus non poteſt dici pro-
prie homicidium: quia non põt
corpus exanimari qꝺ adhuc ca-
ret anima: vt.ſ. proxime diximus
iſto caſu igitur impropriе dicitur
homicidium: vide tex.in dicto.c.
ſi aliquis. ⁊ ibi do. Abb. imo hac
pena punitur etiã ſi aliquis libi-
dine aut odio daret mulieri que
nondum cõcepit venena ſiue po
cula ſterilitatis ad hoc ne coeun
do concipere poſſit. vt.d.c. ſi ali-
quis. vbi eſt caſus valde nota. qꝺ
non ſolum quis tenetur de homi
cidio pro abortiuo iam facto: ſed
pro fiendo vel pro impedimento
13 preſtito ad concipiendũ. ¶ † Et
nota etiã hoc vnum in tota ma-
teria poculorum quod non ſolũ
punitur qui ſcienter tradidit po-
culum verum etiam ille qui ſciẽ-
ter fecit ⁊ compoſuit: ita expreſſe
not. Panor. in.d. c.ſi aliquis. in
princi. ⁊ not.in.l.ſ. in prin.⁊.l.iij.
in princ.ff.ad leg.cor.de ſica. hoc
idem ſeruatur in qbuſcũqꝫ aliis
ſortilegijs: vt not. Arch.xxvj.q.v.
quicũqꝫ.⁊.ſ.diſt. ſi quis viduam.
xxxiij.q.vlt.peſſimam.ff. ad legẽ
iul.maieſt.l.j.⁊. ff. de iniur.l.item
apud labeonem.§.adduxiſſe.

¶ Summarium.

1 ☞ Sacerdos celebrans ſi pre-
tendens ſortilegium faciat pces
inhoneſtas ⁊ indebitas quã pe-
nam incurrat.

Sacerdos

2 Sacerdos celebrās cōtra viuen-
tē vt citi9 moriat infamis efficit.
3 Sacerdos ſimplex aut ignorans
an pro ſacramētorū abuſu ſit po-
tius q̄ expertus excuſandus.

1 D Ecimo quarto vl-
tra ea que diximus
ſupra in .xj. q. vidē-
dū eſt quid d̄ ſacer
dotibus qui ſuper
reb9 prophanis et
aptis ad faciendum ſortilegia et
ad illum duntaxat effectum obla
tis vnam aut plures miſſas ſcien
ter celebrant adhibitis nefarius
⁊ inhoneſtis precib9 ⁊ verbis ſu-
perſtitioſis quibus penis puniū-
tur. Res vero ſuper quib9 ſolent
miſſas ipſas celebrare ſunt vt plu
rimum iſte: panis crudus ſine pa
ſta aut coctus vt placenta itē ca
lamita quandoq̄ cutim .indumē
ti pueri naſcentis quam appellāt
pelliculam virginem et alia his
ſimilia ſimplicia aut mixta impo
ſita ſuper altari illis modis de q̄
bus ſupra diximus in. iij. q. pro
iſto facinore: dic quod de iure ca
nonum clericus omnino deponi
tur: vt in .c. ſi quis epiſcop9. xxvj.
2 q. v. † ſi enim pro ſola celebratio-
ne miſſe defunctorū dicta p̄ viuē-
tibus vt citius moriantur aut pe-
riculum mortis incurrant ſacer
dos perpetuo priuatur officio be
neficio ordine gradu atq̄ digni-
tate ⁊ in perpetuū exiliū ergaſtulo
vna cū conſulente vel id fieri p̄-
curante relegatur vt in .c. quicun
q̄. xxvj. q. v. et diximus ſupra. xj.
q. ver. pro faciliori. quāto magis
deberet iſte ſacerdos deponi ⁊ re
legari qui in miſſarum ſuarū cele
bratione illa prophana ⁊ inmun-
da turpiter commiſcuit illaq̄ vel
deo: aut potius demoni vouere
turpibus ⁊ ſuperſtitioſis precib9
non veretur certe non video cur
minori pena puniri poſſit: maxi-
me q̄n ſcienter iſta patrauit. d. c.
quicunq̄. in .ij. parte circa finem.
pro quo facit in arg. tex. de conſe.
diſt. ij. cum omne crimē. in fi. vbi
grauiter punitur clericus depoſi
tione qui abutitur ordine ſacra-
menti lz id non faciat ad effectū
ſortilegiandi aut per modum ſu-
perſtitioſum vt latius infra dicā.
3 ¶ † Quidam vero dixerūt quod
pro huiuſmodi facinore ſit pena
arbitraria iuxta doctrinam do.
Abb. in. d. c. ij. extra eo. titulo. hec
tamen tolerari poſſet quotieſcū
q̄ factum non eſſet valde turpe
vel perſona ſacerdotis eſſet adeo
ſimplex ⁊ d̄bilis ingenij quod de
facili q̄s cognoſcere poſſet quod
bona fide ductus fuerit circum
uentus putans bene facere et nō
peccare: vt in. d. c. ij. ⁊ eſt tex. et ibi
Bar. in. l. ſi adulterium cum ince
ſtu. in § ſi. idē pollioni. ff. ad leg.
iul. de adult.

¶ Summarium.

1 Sacerdos abutens debito
modo et ordine ſacrificandi quā
penam incurrat.

1 D Ecimoquīto q̄ro †
q̄d de ſacerdotibus
q̄ abutūtur debito
mō ⁊ ordine ſacrifi-
cādi: vt q2 nō ponūt
vinū cū aqua ſimul
in calice: ſed vinū tantū aut aquā
ſolam vel botrum vuarum com-
primunt in calice aut panniculū
muſto intinctum et diu ↄſeruatū
aqua ablauant ⁊ illam lauaturā
ponunt in calice loco vini aqua
commixti aut panem ſacramēti

intinctum in vino calicis ſacrato tradunt laicis p cōmunione ſiue eucharistie ſacramento: quibus penis puniuntur. omnia iſta narrantur in tex. in. c. cum omne crimen. de conſe. diſt. ij. et concludit in fine quod ſacerdos pro iſto facinore debet puari ad tēpus omni ordine et gradu arbitrio iudicis ⁊ tandiu ſic priuatus exiſtere donec iudici viſum fuerit illū cōgruam penitentiam peregiſſe vt poſtea purgatus ad omnia ſua priſtina reſtituatur vt ibi dicitur.

¶ Summarium.

1 Vaſa ſacra eccleſiaſtica vel res eccleſie benedictas polluens ⁊ in vſum prophanū illas cōuertens qua pena ſit puniendus.

2 Preſbyter vel diaconus reb⁹ abutens ſacris vel ſacratis qualiter puniantur.

3 Preſbyter vel clericus admiſcēs res ſacras ſortilegijs om̄i dignitate priuantur.

4 Rebus ſacris vel bn̄dictis abutens habetur vt ſacrilegus.

1 Decimoſexto q̄ro qua pena punit̄ ſacerdos vel laicus qui vaſa eccleſiaſtica ſacrata vel veſtes ſacras aut benedictas vt eſt altaris palla calix patena purificatoriū tabernaculū ſacramēti eucharistie aut aliquarum reliquiarū item lapide ſacratum totū aut partē ſine corporale manipulū ſtolā camiſum platenā: itē vela que ſunt in ſanctuario aut iuxta imaginem crucis aut beate marie virginis et alia his ſilia acceperit ⁊ ad prophanos vſus irreuerenter cōuerterit aut damnabiliter in ſortilegijs commiſcuerit. Dic quod primo caſu quādo quis abutitur illis in prophanis domeſticis vſibus citra ſortilegia de iure antiquo ſm legē Moyſis vltione diuina percutiebant̄ ⁊ ſepius morte ⁊ totius ſtatus ſubuerſione ſi erant reges vel alij principes vt habetur Daniel. v. Ubi rex Baldaſſar filius Nabuchodonoſor poſtq̄ cepit erga deum ⁊ res ſacras irreuerenter ſe habere ⁊ qd ſacrata vel benedicta vaſa aurea et argentea ex ſacro templo dn̄i in Hieruſalem abſtulerat et cū illis ipſe rex Baldaſſar vna cū principibus et primatibus ſuis vxoribus atq; cōcubinis in cōuiuijs ſuis vinum biberant iratus eſt valde deus de tanta eox inſolentia. ⁊ primo monuit regē Baldaſſarem quodā preconio literarum miraculoſe ſcriptarū in albo pariete aule regie quas nemo ſapientū ipſius regis Baldaſſaris: ſed ſolus Daniel interpretatus eſt ⁊ cōminatus fuit futurum malum iudicium contra ipſum adeo: vt illa nocte ipſe Rex Baldaſſar ab inimicis ſuis iterfect⁹ eſt ⁊ regnum ſuum ad extraneos manu⁹ deuenit. vide l. d. c. Daniel. de quo fit mentio de conſe. diſt. j. c. veſtimenta. ⁊. c. in ſancta. vnde concludi poteſt qd de iure antiquo pro hmōi rapina ⁊ abuſu ſit pena mortis ⁊ bonorum ſuorum publicatio aut mala ſucceſſio.

2 ¶ De iure vero pōtificio Diaconus pro iſto crimine tribus annis ⁊ ſex menſib⁹ excōicatus exiſtit ⁊ ab altaris miniſterio omnino ſuſpēſus habetur. Preſbyter

vero decem annis et sex mẽsibus remanet excõicatus et habetur de conse.diſt.j.nemo perignorã
3 tiam. ¶ Si vero bona predicta ipſi immiſcuerunt in sortilegijs aut alias tradiderũt vt immiſce rent grauius puniuntur: quia cleri cus debet deponi et oibus ſuis of ficijs atq; beneficijs ordie gradu 1 et dignitate puari et in perpetuum carcerem intrudi aut in exilium perpetuus mitti.xv.d.c.ſi quis epi 2 ſcop9.et.c.quicũq;.in ſi.xxvj.q.v. vel dic ſm Abb.i.d.c.ij.extra eo. tit.quod erit pena arb.traria ſm 3 arbitrium iudicis moderãda at tenta qualitate facti et pſonarum conditione vt alſo diximus.ſ.eo. 1 per dicta iura que amplius non
4 referõ vt capiã breuitatẽ. ¶ Et nota vnũ in tota materia sortile gioꝝ quod ille qui abutitur reb9 ſacris vel benedictis et eccleſiaſti cis ſemel dedicatis non ſolum te netur penis de quibus.ſ.verum etiam tenetur pena ſacrilegij quia in veritate per ſimilem cõtracta tionem reru ſacrarum committi tur ſacrilegium vt habetur. xvij. q.iiij.ſacrilegiũ.et.c.ſi quis contu 2 max.§.j.et domi.Joã. lec.in ſum. in titulo.de ſacri.q.iij.et Sanctus Thom.in ſecunda ſecũde.q.xcix. arti.iij.verſic.dicendum.et de pe na ipſorum: vide in dicto.c. ſi q̃s contumax. Jmo dicit Archi.i.c. felicis.de pen.lib.vj.in princi.q; ſacrilegium committit quilibet de ordinibus clericoꝝ qui ario los incãtatores aruſpices et ſi miles cõſuluit vel ſimilia facit in telligens in effectu q; omnis sor tilegijs poteſt dici ſacrilegus et de ſacrilegio puniri: vide tamẽ que latius dicam infra tit.ſequẽ. q.j.

Et nota etiam quod pro iſto cri mine ſubtractionis vaſorum ſa crorum de eccleſia imponuntur grauiores pene de quibus habe tur.xij.q.ij.de viro.vide ibi.

¶ Summarium.

1 Sacerdos preces nefandas in ſua celebratione faciens quali ter puniatur.
2 Exemplũ ſacerdotis hiſpani pre ces prophanas in ſuis ſacrificijs offerre conſueti.
3 Uotum inhoneſtũ deo exhibens quam penam incurrat.

Decimoſeptimo q̃ro † q̃d de his ſacerdoti bus qui in miſſarum ſuarum celebrationi bus huiuſmodi ali q̃s p̃ces nefandas et turpes abſq; alicuius rei immixtione protule rit illa aut deo aut demoni vouẽ do non abſq; magna ſuperſtitio ne dicauerit quero qua pena pu niatur: et vt facili9 res iſta appre hendi poſſit ſubdã exẽplo put ha bui ſemel i facto Rome. ¶ † Qui dam vir Hiſpanus clericus in ſa cris beneficiatus et decretorum doc.etatis annorum xlv. vel cir ca captus erat amore quarundam monialium iuuenum que erant plurimum forma venuſte quas iſte ſepius ad monaſterium viſi tabat et blandis verbis atq; mu neribus multoties blandiebatur eis adeo quod propter illarum pulchritudinem et venerabilem venuſtatem ille hiſpanus paula tim cepit ardeſcere et frequen tius illarum monaſterij limina viſitare et in tam magnam deuo-

nit inſaniam ꝛ cecitatem quod
die nocteq; tam in ſomnus quã
in vigilia nil aliud niſi illarum
amplexus ꝛ concubitus medita-
batur corde verbo geſtis. aut ſi-
gnis. Et in tam graui dementia
adductus fuit quod aſſerebat ex-
preſſe ex quo ipſe erat cleric⁹ eſſe
ſponſum eccleſie ꝛ moniales il-
las ſimiliter eſſe ſpõſas eccleſie:
nam quia dicebantur eſſe ſponſe
Chriſti qui repreſentatur per ec-
cleſiam cõcludebat quod ſponſi
ꝛ ſponſe ſpirituales hoc eſt ſacer
dotes et moniales poterant ad-
inuicem carnaliter copulari ſine
peccato: ꝛ quod ita deus precordi
nauerat putans ſummum bonũ
in ſolo coitu cõſiſtere ꝛ quod tur
pius eſt ipſe ſepius hoc predica-
bat illis inuencu. lis adeo quod
ipſe ceperunt illu; cuitare. vnde
ipſe clericus poſtea deuenit in ma
iorez inſaniam. quia quotidie cũ
eſſet literatus componebat ali-
quas orãtiões ꝛ preces nefarias
quibus orabat deum ꝛ alios ſan
ctos vt preſtarent ſibi robur ma
ximum in renibus in lumbis ve-
ro calorem talem quo poſſet fa-
cillime in magna abundantia lu
xuriari ꝛ coituz carnis ſepiſſime
complere: ꝛ quia illarum monia-
lium quedam vocabatur Cecilia
altera Urſula alia vero Magda
lena ꝛ Clara in ipſis ſuis oratio
nib⁹: quas quotidie de nouo for
mabat ſummis precibus depre-
cabatur virginea illas ſanctas
ꝛ beatas poſt dei inuocationem
vt ex dono gratie ſpecialis in mẽ
tibus ꝛ cordibus ipſarum mo-
nialium hanc meditationem et
firmam opinionem infunderẽt:
ita quod ipſe moniales firmiter
putarent ꝛ crederent nullum a-
liud magis meritorium opus deo
fieri poſſe quam coire et carnali-
ter commiſceri creſcere et multi-
plicare nulla adhibita perſona-
rum diſtinctione ſit ſacra vel pro
phana: ſit coniugata vel ſoluta:
ſit conſanguinea vel extranea et
ſimilia: et quod ex coitu huiuſmo
di putarent votum caſtitatis nul
latenus infringi poſſe: ſed ma-
gis hoc Deo placere quam holo
cauſtum ſiue ſacrificium: et vltra
hoc quod ardentius illarum cor
da incaleſceret ad amandum et
vehementer diligendum virum
ipſum ſacerdotem qui erat ſpon-
ſus eccleſie ꝛ eius vota carnalis
firmiter maxima cum humilita-
te adimplere eiuſq; mandatis vt
veri patris parere aſſerens quod
illo modo conſummãdũ erat ma
trimonium ſpirituale inter reli-
gioſos viros et mulieres quem-
admodum matrimonium carna-
le cõſumitur per veram vtriuſq;
coniugum carnalem copulam:
vt in. c. continebatur. primo re-
ſponſo. de deſpon. impub. et in. c.
tua nos. de ſponſal. Quas qui-
dem cedulas ipſe clericus porta-
bat quotidie ad quoddam mona
ſterium vbi morabãtur quidam
boni ꝛ puriſſimi ſacerdotes men
dicantes qui potius ſimplicitate
et bonitate ꝙ doctrina religio-
nem ſuam profitebantur et die
qualibet ad eccleſiam illius mo-
naſterii accedebat ad miſſam et
ſingulis diebus vnam ex ipſis ce
dulis dabat ſacerdoti et dabat
etiam tuluum vinum pro eleemo-
ſina ad hoc vt in celebratiõe miſ-
ſe: ſcilicet in memento preces il-
las deo ꝛ ſanctis virginibus pre-

dictis offert cum deuotione oꝛan do Deum ⁊ ſanctas virgines pꝛe dictas vt pia vota ipſius oꝛantis exaudirent ⁊ hoc modo decepit vnum vel duos ex ſimplicioꝛibus ⁊ rudioꝛibus illoꝛum monachoꝛum ⁊ interim ipſe quoq; intereſſe miſſe ⁊ totidem eaſdemq; pꝛeces ipſe cum deuotione recitabat ⁊ pꝛoſequẽdo vlterius in hac ſua ſuperſtitiõe quotidie nouas oꝛationes componens deuenit tandem ad manus cuiuſdam monachi qui erat ceteris magis doctus atq; expertus qui ſumpta cedula duplicata vna cum elemoſyna acceſſit ad altare ⁊ perlegẽs que intus erant verba valde obſtupuit. ⁊ ne miſſe ſacrificium perturbaret dimiſit cedulã illam in angulo altaris ⁊ proſecutus fuit miſſam: demum ea completa ipſe monachus multum repꝛehendit ipſum clericum Hiſpanum dicens quod verba illa erant valde turpia ⁊ ſuperſtitioſa nec memerebantur per aliquem ſacerdotem in tanto miſſe myſterio memoꝛari: at ille ſubꝛiſit deridẽs monachi illius ſimplicitatem ⁊ ignoꝛantiam cepitq; ſecum velle re diſputare quia argutus erat ⁊ quaſdam interpꝛetationes diuine ſcripture longe erroneas attribuens adeo quod non tranſibat abſq; ſcrupulo ⁊ labe hereticꝛ pꝛauitatis vt alias diximus ſupra titu.j. q.j.⁊.ij. Uidens itaq; monachus ille ipſum clericũ tam grani errore appꝛehenſum ſumptis pluribus ex illis ſuis cedulis quas adinuenit de pꝛemiſſis omnibus conſulit quamp꞉imum Reuerẽ. Dominum Uicarium pape: cuius tunc ego auditoꝛ aderam mihiq; mandauit vt rem hanc cognoſcerem ⁊ ipſum clericum pꝛo modo culpe coꝛriperem: qui ſtatim incarceratus ⁊ examinatus omnia ad vnguem confeſſus eſt immo a pꝛincipio inſtabat pertinax in illa ſua erronea opinione volens defendere falſas quaſdã ⁊ nouas interpꝛetationes quas diuine ſcripture attribuerat qui quampꝛimum vidit me pꝛeparari ad declarandum illum hereticum ⁊ penis hereticoꝛum ſubijciẽdum niſi errorem ipſum reuocaret: incontinenti omnia reuocauit ⁊ erroꝛem ſuum ſolenniter abiurauit: adeo quod pꝛo hereſis ſuſpitione meruit veniam ⁊ reuocauit omnes illas ſuas interpꝛetatiões quas dederat diuine ſcripture ⁊ reliquas omnes inſanias ſuas quas ſupꝛa narrauimus nihilominus: vt cautius in futurũ pꝛocederet de mandato Summi Domini noſtri Pape fuit relegatus ab vrbe ad certum tempus.

¶ Ad pꝛopoſitum nunc queſtionis noſtre redeundo quero ſi reperiatur aliquis ſacerdos q̃ ſcienter pꝛeces huiuſmodi aut ſimiles que non tendunt ad verum diuinum cultum ⁊ ſalutem anime: ſꝫ potius vertuntur in peccatum ⁊ rem damnabilem in miſſe ſolenni ſacrificio celebrauerit ſeu alio quouis modo voluerit aut obtulerit qua pena puniatur? dic q̃d iſto caſu putarem eſſe pꝛiuandũ omni oꝛdine ⁊ gradu officijs atq; beneficijs eccleſiaſticis ⁊ etiam relegandum eſſe tam ipſũ ſacerdotem quam illum qui ipſum cõſulit ⁊ pꝛemiſſa fieri mandat argu.coꝛum que habentur in dicto c.quicunq;.in fin.xxvj.q.v. vbi ſi

ſacerdos pro viuentibus celebrat
miſſam defunctorum vt illi pro
quibus miſſa celebratur citiꝰ mo
riantur aut mortis periculum in
currãt ſacerdos ipſe punitur pe
nis predictis: ⁊ nihilominus ibi
nõ apparet de aliqua ſuperſtitio
ſa oratione aut cerimonijs: ſed ſo
lum de turpi celebrãtis intẽtione
quanto magis in caſu noſtro iſte
deberet hac pena puniri qui pre-
ces iſtas obſcenas diuino cultui
admodum cõtrarias ⁊ que oẽs
tendunt ad peccatum ⁊ totiꝰ chri
ſtiane fidei leſionem dum querit
per ſacrificium miſſe prebere ma
teriam peccandi ⁊ male faciendi
per quam ⁊ eius holocauſtum ſo
lent peccata dimitti. de conſecra
tione diſtin. ij. c. in omne crimen
⁊ eadem diſtinctione. nihil in ſa-
crificijs. ⁊ diximus ſupra titulo
primo. q. ſecunda. in principio. ni
hilominus iſto caſu non diſcede
rẽ ab opinione Abbatis. de qua
in dicto ca. ſecundo. extra eodem
titulo: ſcilicet quod pene huiuſ-
modi ſint aggrauande vel minu
nende iuxta qualitatem facti:
aut turpitudinem ſiue ſcandalũ
quod inde exoritur ⁊ perſonarũ
conditionem in quibus omnibꝰ
plurimum vertitur arbitrium iu-
dicis: ponamus enim quod eſſet
aliqs ſimplex humilis ſacerdos
idiota qui ſit alias bone condi-
tionis ⁊ fame ⁊ pure conſcientie
qui ad preces ⁊ mãdata alicuius
magni Principis Baronis aut
viri magne conditionis ſimiles
preces emiſerit: erit ne dicendũ
quod ſit puniẽdus ille ſicut alius
verſutus malitioſus ⁊ qui in iſtis

turpitudinibus delectatur certe
non: ⁊ propterea bene ⁊ ſancte di
ſpoſuit textus in cap. ſicut dignũ.
in principio. de homicidi. ⁊ in
l. reſpiciendũ. ⁊ l. aut facta. ff. de
pen. ⁊ l. quid ergo. ⁊ ibi Bart. ff.
de his qui notãtur infa. ⁊ Bar.
Bal. ⁊ alij in. l. prima. §. diuus. et
in. l. diuus. ⁊ l. in lege cornelia. ff.
ad legem corneliam de ſicarijs.
vbi dicunt quod in omnibus cri
minibus attenditur principali-
ter animus ⁊ intentio delinquen
tis an ex ſimplicitate quadã vel
ignorantia aut dolo ⁊ malitia in
ductus fuerit ad peccandum vt
his attẽtis fiat variatio pene pro
quo bene facit textus ⁊ quod ibi
not. gl. ⁊ Panormitanꝰ in dicto
capi. ſecundo. extra eodem titu-
lo. Preterea ponamus quod ali-
quis perſuadet ſacerdoti quod
vocat offerat pro eo preces quaſ
dam in miſſa que expreſſe nõ ap
parebant nec cognoſcebãtur ſal
tim per virum rudẽ ⁊ inexpertũ
quod eſſent ſuperſtitioſa: vt quia
in ipſis apparebant a principio
verba quedam honeſta ⁊ religio
ſa: deinde vero ſupſtitioſa ⁊ dia-
bolica ſed erant per nomina que
dam adeo ignota ipſi ſacerdoti
quod putabat omnia eſſe bona
⁊ nullam in ſe habere ſuperſtitio
nem: iſto caſu ſimiliter reputarem
dictum ſacerdotẽ eſſe longe mi-
tius puniendũ per ea que ſupra
diximus ⁊ dicto capi. ij. ⁊ ibi glo.
extra eodem titulo.

¶ Liber ſecundus explicit.

# De penis oi-farian coitus.

Liber Tertius.

Summarium.

Carnalis coitus damnabi-lis eſt & ſumme preiudiciale.
Coitus crimen ſecundum perſo-narum diuerſitatem conſideratur.
Sacrilegium carnale ceteris car-nalibus criminibus in grauitate preferetur.

Quia† carnalis coit⁹ crimi-nis nō minus fre-quens quā dāna-bilis vſus habet ob quē iura crimi-num reos huiuſmodi diuerſis pe-nis pſequunt. l. ſi adulteriū cū in-ceſtu. & ibi glo. & Bar. & l. inter li-beros. & l. ſtuprum. ff. ad leg. iul. de adul. §. item lex iulia. inſt. de pu-bli. iudi. xxx. q. ij. adulterij malū. eadem cauſa. & q. c. flagitia. no. ard. in Clemen. j. de pen. Abb. elin. & alij cano. in c. j. & ij. extra de adul. & ſtup. & in c. vt clericor. vit. & honeſt. cler. ad quem coi-tum aliquando deuenitur mediā operā ſortilegiorum & per ma-leficia de quibus ſupra diximus li. precedenti: ideo placuit poſt tractatum ſortilegiorum hunc immediate ſubiūgere. †Coitus enim crimina ſunt diuerſa ſe-cundum diuerſas perſonarum cō-ditiones et gradus pro quibus diuerſas iura ſtatuere penas vt proxime diximus: ideo de his ali-

3 qua videamus. †Et primo de ſa-crilegio quod ceteris carnis cri-minibus his maxime que ſecun-dum naturam perpetrantur gra-uius nūcupatur. xxxij. q. vij. adul-terij. & xxvij. q. j. ſciendum.

Summarium.

1 Sacrilegiū generaliter ſum-ptum quid ſit.
2 Sacrilegium dicitur quaſi ſacri-legium quia p illud vel res ſacra vel perſona ſacra leduntur.
3 Sacrilegiuz punibile que preſup-ponat.
4 Sacrilegium an ſit crimen eccle-ſiaſticum vel ſeculare.
5 Sacrilegium an veniat furti ap-pellatione.
6 Statutum faciens de furto men-tionem an comprehendere dica-tur ſacrilegium.
7 Sacrilegiuz quot ſpecies habeat & quot modis committatur vſq ad nu. 12.
12 Sacrilegium nō committitur in re non ſacra ſubtracta a loco ſa-cro: & hoc de iure ciuili.
13 Sacrilegium an committatur in ſubtractione rei ad vſum ſacrum deſtinate & nondum tradite.
14 Statutum de ſacrilegio puniēdo de quo ſtatuto ſit interpretandū an ſtricto an largo.
15 Sacrilegiū tripliciter cōſideratur.
16 Impoſitio manus violēte in per-ſonam ſacrā dicitur ſacrilegium grauiſſimum.
17 Crucis ſignum in honeſte detur-pans & inique maculans an ſacri-legium committere dicatur.
18 Sanctitas hominis pfertur ſan-ctitati loci & per ɔs ſacrilegium graui⁹ eſt reſpectu pſone q̄ loci.
19 Coitus cum moniali quot pecca-ta & mala dicatur inducere.

20 Stupꝛum ⁊ adulteriũ an poſſint in eadem perſona ſimul cõmitti.
21 Diuerſa crimina ex eodem facto orta an diuerſis penis ſint adiu-dicanda.
22 Accuſatus ab vno ſuper diuerſis criminib⁹ vnico actu perpetratis an diuerſis debeat multari penis.
23 Coitus cum moniali habit⁹ qualiter ſit in foꝛo conſcientie ⁊ cõten-tioſo puniendus.
24 Coitus cum moniali de iure ciui-li moꝛte punitur.

1 Pꝛimo igit̃ q̃ro q̃d eſt ſacrilegiuꝫ gñaliter ſumptũ? R̃ñ. Sacrilegiũ ẽ ſacre rei violatio vł eiuſdẽ vſurpatio: vt ꝺt Bal. i. l. iij. C. de fur. in p̃ma col. ⁊ Azo. i ſum. e. ti. in p̃nci. ⁊ S. Tho. in ſum. ſcꝺa ſcꝺe. q. xcix. ar. iij. Jo. le. in ſum. cõ. e. ti. q. ſ. ¶ †

2 Scꝺo videam⁹ q̃re ꝺr ſacrilegiũ. Reſpõd. quod ſacrilegiũ dicit̃ quaſi ſacri-lediũ: q: ꝑ illud res aut pſona ſa-cra ledit̃: ita dicit Bal. in. d. l. iij. ⁊ Azo. in ſum. eo. ti. ⁊ alij p̃nominati in locis ſuis. Glo. tñ in. c. ſa-crilegiũ. xvij. q. iiij. alio modo de-ſcribit ſacrilegiũ dicẽs q̃ ſacrile-giũ eſt ſacre rei violatio ſiue in ſe ſiue in alio: ſiue ſit res ſacra ſiue ꝑ-ſona: deinde tranſit ad aliã deſcri-ptionẽ ⁊ dicit q̃ ſacrilegiuꝫ eſt pu-blici iuris trãſgreſſio: ſed neutra iſtarum eſt bona pꝛioꝛ em̃ cõtinet oĩa membꝛa diffinitionis ſiue de-ſcriptionis ſpecie differẽtes ꝓut requirit̃ ẜm q̃ꝺ diximus ſupꝛa ti. ſ. in pꝛinc. ſecunda etiam nõ valet quia eſt nimis generalis ſecundũ quam ſequeretur quod omne de-lictum ꝑ quod tranſgreditur pu-blici iuris oꝛdo eſſet ſacrilegium ex quo tranſgreditur publicũ ius ⁊ ideo teneas diffinitionem Bal. ⁊ aliorum quam ſupꝛa dixi que eſt melioꝛ. ¶ †

3 Tertio quot requi-runtur ad hoc vt ſit ſacrilegium ⁊ puniatur pena ſacrilegij: vide Bald. ⁊ Sali. in. d. l. iij. C. de furt. Azo. in ſum. eo ti. ⁊ Bar. i. l. diu⁹. ⁊. l. ſacrilegi. in pꝛin. ff. ad leg. iul. pecul. ¶ †

4 Quarto q̃ro an ſacrile-gium ſit crimen eccleſiaſticuꝫ vel ſeculare: ita quod illius cognitio ⁊ pene impoſitio ſpectet ad ſo-lum iudicem eccleſiaſticũ vel ſecu-larẽ: ⁊ dic breuiter quod eſt crimẽ mixtum vtriuſq; foꝛi. c. cum ſit ge-nerale. ⁊ ibi glo. Abb. et alij de fo-ro compet. l. ſiquis in hoc genus. C. de epiſco. ⁊ cle. ⁊. ff. ad le. iul. pe-cul. l. diuus. ⁊. l. ſacrilegꝰ. ⁊. l. ſacri-legi. ⁊. ff. de pen. l. aut facta. §. loc⁹. c. quod pꝛopoſuiſti. de foꝛo cõpe. xvij. q. iiij. c. ſacrilegiũ. c. ſiquis cle-ricus: ſiquis contumax. §. j. ⁊. c. ſi quis ſuadente diabolo. ⁊ pꝛopter ea dico q̃ tam iudex eccleſiaſtic⁹ q̃ꝫ ſecularis poterit pꝛocedere cõ-tra laicum pꝛo iſto crimine: ⁊ ha-bebit locum pꝛeuentio inter eos vt dicit Abb. in. d. c. cum ſit gene-rale. ⁊ Arc. in. c. felicis. de pen. li-bꝛo. vj. ⁊ Cardi. in. d. clem. j. eo. ti-tu. ⁊ Azo. in ſum. eo. tit. ¶ †

5 Quin-to quero an appellatione furti ve-niat ſacrilegium quando tracta-tur de ſubtractione ſacrarum re-rum: dic quod ſic vt. l. ſacrilegi. ff. ad leg. iul. pecul. q: quo ad penaꝫ ſacrilegium eſt furtum imo plus quam furtuꝫ eſt punibile: licet ali-quid non ſit pꝛopꝛie ſacrilegium. d. l. ſacrilegi. in ſecundo reſpon. ¶ †

6 Et iꝺ dicit Bal. in. d. l. iij. C. de furt. q̃ꝺ ſtatutum faciens men-tionem de furto habet locum etiã

in ſacrilegio:⁊ ſic tenet quod ſub-
tractio rei ſacre continetur ſub
ppria vocabuli ſignificatiõe fur-
ti. ¶†Sexto videndum eſt quot
ſunt ſpecies ſacrilegij. reſpond.
quod multe ſunt ſecundum quod
dicit Cardi.in.d.Clementi.j.de
pen.in ſecundo no. Bald.tamen
in dicta.l.iij.melius ceteris iudi-
cio meo ponit quatuor ſpecies ſa-
crilegij quamuis primo dicat qđ
tribus modis committitur ſacri-
5 legium. ¶†Prima enim ſpecies
eſt que committitur in perſonam
violando:ſcilicet percutiẽdo vulne
rando vel occidendo clericū vel
monachū ſeu aliū religioſum vel
perſonam eccleſiaſticam.c.ſiquis
ſuadente diabolo.xvij.queſt.iiij.
9 ¶†Secundo fit ſacrilegium per
coitum habitum cum moniali ſa
crata.xxvij.q.j.impudicas.⁊.l.ſi-
quis in hoc genus.C.de epiſco.et
10 cleri. ¶†Tertia ſpecies eſt que
fit circa locum ſacrum: ſcilicet
quando locus publicus ſacer ſi-
cut eſt eccleſia violatur vel illius
cimeterium ip deſtruendo deua-
ſtando vel occupando aut eiꝰ im
munitates infringendo.c.frater.
11 xvij.q.quarta. ¶†Quarta ſpecies
ſacrilegij eſt que committitur in
rem.ſ.auferendo rē ſacram ⁊ il-
lam alibi aſportando et contre-
ctando rem ipſam:⁊ iſtud tribus
modis committitur ſecundū ius
canonicum:primo cum ſubtrahi
tur aliquid ſacrum de loco ſacro
⁊ in hoc concordant ius ciuile et
ius canonicum.xvij.queſtio.iiij.
ſiquis contumax.§.ſacrilegium.
⁊ eſt gloſſ.in.c.ſacrilegium.eadē
cauſa ⁊.q.⁊.l.diuus.⁊ ibi Barto.
ff.ad leg.iul.pecul.Secũdo quan
do res ſacra aufertur de loco nõ
ſacro.Tertio quando non ſacrū
de ſacro dicto.c.ſiquis cõtumax.
§.ſacrilegium ⁊ per dicta gloſſ.
in.c.ſacrilegium ⁊ not.in.c.con-
queſtus ⁊.c.cum ſit generale de
foro competẽ.iſte due vltime ſpe
cies non dicuntur ſacrilegiū de
12 iure ciuili ſed ſola prima. ¶†Et
ſic nota quod de iure ciuili locus
ſacer ſolus non facit ſacrilegium
quando tractamus de ſacrilegio
quod conſiſtit in ſubtractione re
rum etiam quod res eſſent ſubtra
cte de loco ſacro publico ſicut eſt
eccleſia non dicitur ſacrilegium
de iure ciuili quãdo res non erat
ſacra.ita dicit Azo.in ſumma eo-
dem titulo:⁊ Bartolus in dicta.
l.diuus. Baldus ⁊ Salicetus in
dicta.l.iij.ſiquis igitur querit an
ſit ſacrilegium de iure ciuili ⁊ qđ
pena ſacrilegij puniatur debent
iſta duo concurrere:primum eſt
quod res ſit ſacra.item quod ſu-
blata ſit de loco ſacro.ita dicit
textus ⁊ ibi doct.⁊ maxime Bar
tolus in dicta.l.diuus.vbi dicit
hanc eſſe communem opiniõẽ.
illud autem quod dicitur in di-
cto.c.ſacrilegium.cum gloſſ.in.c.
ſiquis contumax.§.ſacrilegium.
xvij.q.quarta:procedit ⁊ habet
locum de iure canonico in rebus
eccleſie vel inter eccleſiaſticas p-
ſonas in foro eccleſiaſtico iuxta
notata per doct.in.c.ſolite.de ma
io.⁊ obedien.⁊ in.c.per venerabi
lem.qui filij ſint legiti.et in.c.no-
uit.de iudic. ¶Sed contra iſta
oppo.de.l.aut facta.§.locus.ff.de
pen.vbi dicitur quod locus facit
vt idem factum ſit furtum vel ſa-
crilegium ⁊ capite luendum vel
minori ſupplicio ſit puniendum.
glo.in dicta.l.diuus.ſoluit hanc

contrarietatem: ⁊ dicit quod eſt
verum quod locus ſacer facit ſa-
crilegium ſi res ſacra inde aufe-
ratur alias non: quia ſi diceretur
eſſe ſacrilegium cum res non ſa-
cra de loco ſacro ſubtraheretur
eſſet contra textum in dicta .l.
diuus. vbi dicitur quod ſi quis
rem prophanam apud edem ſa-
cram depoſitam furto ſubtraxe-
rit furti tenetur non ſacrilegij
Bartol. vero in eadem .l. diuus.
approbat eandem ſolutionē quā
dicit quod docto. communiter te-
nent eandem etiam tenent Bal-
dus et Salicetus i dicta .l. tertia.
⁊ Azo. in ſumma eodem titulo.
Archidiac. in .d. c. felicis. in prin-
13 cipio. ¶ †Ulterius quero an ſub-
trahens rem que erat deſtinata
ad vſum eccleſie nondum tamen
erat tradita ipſi eccleſie an com-
mittat ſacrilegium. dic ſecūdum
Baldum in dicta .l. tertia: quod
non: quia res non dicitur ſacra
niſi poſtquam vere ⁊ effectualiter
quo ad dominium ⁊ poſſeſſionē
deuenerit ad eccleſiam maxime
quando agitur de pena ſacrilegij
inferēda de iure ciuili per ea que
14 ſupra diximus. ¶ †Ultra predi-
cta etiam quero quid ſi in ſtatu-
to ſit mentio de ſacrilegio puniē-
do: an debeat intelligi ſtricte ſa-
crilegium ſecundum quod intelli-
gitur de iure ciuili: vt ſupra dixi-
mus vel large ſecundum ius ca-
nonicum. ⁊ dic quod debet intelli-
gi de ſacrilegio ſtricto ſecundum
quod intelligitur de iure ciuili: ra-
tio eſt quia ſtatuta ſunt de iure
ciuili: vt per Barto. late in .l. oēs
populi. ff. de iuſtitia ⁊ iure. ita di-
cit Bald. in dicta .l. tertia in .ij.
colum. in verſicu. ſed dubitatur

15 ¶ †Poſt hec videndum eſt que
ſit pena ſacrilegij. ⁊ dic breuiter ſe-
cundū Bart. in .d. l. ſacrilegi. qd
ad habendum plenam cognitio-
nem penarum huiuſmodi crimi-
nis ſciendum eſt quod triplex eſt
ſacrilegiū. quoddam enim eſt ſa-
crilegiū qd dicitur verum ⁊ pro-
prium ſacrilegiū quod eſt quan-
do ſubtrahitur ſacrum de ſacro
loco hoc eſt punibile: ⁊ ad publi-
cum vſum conſecrato ſicut eſt ec-
cleſia publica ordinaria: vt .l. ſiqs
in hoc genus. C. de epiſco. ⁊ cler.
⁊ .d. l. ſacrilegi. in principio ⁊ iſto
caſu capite puniuntur qui in il-
lud incidunt. d. l. ſacrilegi. in prin
cipio. ⁊ .d. l. ſi quis in hoc genus ⁊
l. aut facta. §. locus. ff. de pen. de-
clarata vt ſupra. Idē eſt ſi leditur
templum publicum ſacratum vt
per Barto. in dicta .l. ſacri egi. ea
dem quoq pena puniuntur. qui
violentas manus in perſonas ec-
cleſiaſticas iniecerunt. d. l. ſi quis
in hoc genus. ⁊ ibi Bal. C. de epi
ſco. ⁊ cler. Quoddam vero nō eſt
proprie ſacrilegium: ſed quaſi ſa-
crilegium quod eſt quando quis
ſubtrahit rem etiam ſacram de
loco ſacro non tamen publice ſa-
cro: ſed priuato prout eſt oratoriū
qd ſit quandoq in domo iſtorum
magnatum aut nobilium ⁊ cōſe-
cratur: idem de oratorio hoſpita-
lis priuati iuxta ea que habentur
in .c. ad hec. de relig. domib. ⁊ in
Clemen. quia contingit. eo. tit. ⁊ per
Feli. in .c. de quarta. de preſcript.
⁊ iſta dicuntur loca ſacra priuata
idē eſt de edicula preſbyteri poſi-
ta iuxta eccleſiā vel canonica cle
ricorum: iſta non dicuntur eſſe lo
ca publica ſacra: ſed priuata: ⁊ id
qui ſubripuit rē de locis pdictis.

non tenet pena ſacrilegij de qua ſupra ſed quaſi ſacrilegij que erit minor ſacrilegio ⁊ maior furto ⁊ iuxta qualitatem facti ⁊ perſonarum conditionem quādoq; erit maior quandoq; minor vt in.d.l. ſacrilegi.in.ij.reſ.ſo.⁊ ibi Barto. qui hoc modo declarat.l.illā ſi recte conſiderentur verba ſua: ⁊ hoc modo intelligitur tex.in.l. ſacrilegi.in princi.⁊.l.diuus.ff.eo. tit.. Tertium eſt ſacrilegiū quod large ⁊ improprie dicitur ſacrilegiū de quo loquuntur iura in.l.j.⁊.ij. ⁊.iij.C.eo.titu.de crimi. ⁊ ſacri. quod eſt quando quis diuinam legem ⁊ eius diſpoſitionē offendit ſeu quouis modo eius intellectum etiam per negligentiā violat. Item diſputare de auctoritate principis.ſ. Imperatoris vel Pape ⁊ dubitare ne dignus ſit quem Imperator ad aliquod officium deputauerit vel quod imperator illum eligere non potuerit hoc crimen dicitur habere inſtar ſacrilegij: vt.d.l.ij.C.eo.tit.et ſic dicitur improprie ſacrilegiū ⁊ iſto caſu ſimiliter erit pena arbitraria.d.l.ſacrilegi.vide Bar. in.d.l.ſacrilegi.in ver.tertium genus ſacrilegij ⁊c.⁊ Bal.in.d.l.iij. ⁊ Azo.in ſum eo.ti.in prin. De iure aūt canonico diſtingue: aut loquimur de illa prima ſpecie ſacrilegij que committitur per impoſitionem violente man⁹ in clericum ſeu aliam perſonā eccleſiaſticā ⁊ eſt pena maioris excōicationis.vt in.c.ſi quis ſuadēte diabolo.xvij.q.iiij.a qua q̄s non pōt niſi a ſede apl'ica liberari: ep̄s eī vel alius ordinarius non h; facultatem abſoluēdi ab iſta excōicatiōe vt dicūt doc.in.d.c.ſi q̄s.⁊ per Feli.in.d.c.cum ſit generale.in.ij.col.de foro compet.fallit tñ in caſib⁹ de quibus in.c.ij. de ſen tē.excōmu.aut loquimur de alia ſpecie ſacrilegij que conſiſtit in re ſacra puta in corruptione vel demolitione eccleſie aut in aſportatione rerū ſacrarum ⁊ erit pena excommunicationis minoris: vide tex.q̄ grauiorē imponit penitētiā pro iſto crimine i.c.de viro.xij. q.ij.a qua per epiſcopum vel ordinariū loci abſolui poterit.c.quiſquis.§.penulti.xvij.q.iiij.in alijs vero caſib⁹ minoribus erit pena pecuniaria vt.d.c.q̄ſquis. in pn.

16 †Grauius enim ſacrilegiū q̄d committitur in perſonā eſt illud q̄d fit per impoſitionem violente manus.d.c.ſi quis ſuadente.⁊.l.ſi quis in hoc genus.C.de epiſ.⁊ cleri. Eorum vero que committūtur in locis ſacris grauius eſt illud quod committitur contra eccleſiam publicam ſacratā quod tanto grauius eſt crimen quanto dignior ⁊ excellentior erat perſona vel loc⁹ vtroq; caſu.l.ſacrilegi.i pncip.ff.ad leg.iu.pecul.⁊ ibi Barto.⁊.d.c.ſi quis ſuadente.⁊ d.l.ſi q̄s in hoc genus. Sacrilegium vero quod committitur in rem ſacram illud quidem grauius eſt.⁊ magis horrendū quod committitur contra ſacramentū eucharīſtie q2 dicitur cōmitti cōtra xp̄m directe: cetera vero que committuntur contra alia ſacramenta non dicuntur adeo horrēda.ita dicit.d.Jo.lec.in ſum.con. eo.titulo.de ſortilegijs.q.quarta.

17 †Quero hic quid de iudeo q̄ proiecit immunditias ſup crucē q̄ publice deferebāt ad proceſſionē dum tranſirent ante domum he

b:ei dicte immũditie p:oiecte fue
runt an iſtud ſit ſacrilegiũ ⁊ poſ
ſit per vtrunqꝫ iudicem procedi
in hac cauſa contra hebreum ⁊
puniri ⁊ qua pena. dixit Pet. de
anch. quẽ vide in conſil. ſuo. xiiij.
quod ſic de quo diximus ſupra
titu. primo. q. x. vbi adeſt queſtio
ſpecialis. de pena vero violatio-
nis monialium que fit per coitũ
dicetur infra: ſed quia non inten
do hic tractare totam materiam
ſacrilegiorum ne longius diuer-
tar ab ordine prime mee intentio
nis que fuit declarandi materiã
coit⁹ ⁊ illius penas ideo his pre
miſſis pro aliquali intelligentia
iſtius criminis deuenio nunc ad
ma teriam noſtram. ¶ †Et dico
quod grauius eſt ſacrilegium et
ſcelus quod committitur contra
perſonam ſacram ſiue eccleſiaſti-
cam ꝙ illud quod committitur
contra loca vel bona ſacra: quia
ſanctitas loci ordinatur ad ſan-
ctitatẽ homi nis. vt dicit. S. Tho.
in ſum. ſecunda ſecũde. q. 99. art.
iij. ver. dicendũ. ⁊ Joã. lec. i ſum.
conf. eo. titu. de ſacrileg. q. iij. per
Archi. i. d. c. felicis. de pen. lib. vj.
⁊ Card. in. d. Clē. j. de pen. Ideo
videamus nunc de ſacrilegio illo
quod perpetratur ex coitu habi-
to cum moniali: ⁊ anteꝙ ad vlte
19 riora procedã. ¶ †Quero quot
crimina ex coitu huiuſmodi cum
moniali exoriuntur. Reſpon. qꝫ
tria ſecundum glo. in. c. virgini-
bus. xxvij. q. j. ſ. ſacrilegium inceſ-
tus ⁊ adulterium. tu vero dic qꝫ
imo quatuor oriuntur ſacrilegiũ
inceſtus adulterium ⁊ ſtuprum
Sacrilegium dico committitur.
quia perſona ſacra leſa reperitur
per violationem ſiue defloratio-
nem: ⁊ optimum quod prius ha-
bebat priuilegiũ virginitatis ami-
ſit: vt dicto. c. virginib⁹. ⁊ eadem
cauſa ⁊. q. impudicas: ſecundum
quod committitur crimen eſt in-
ceſtus: quia ſponſam dei violauit
qui eſt pater noſter ⁊ illa eſt con
iuncta nobis in chriſto per affini
tatem ſecundum ſpũm. xij. q. ij. qui
abſtulit. ⁊ in. c. j. ⁊. ij. de cog. ſpiri-
tua. ⁊ glo. in. d. c. virginibus. Ter
tium eſt adulteriũ quia ſponſam
alterius violauit quia monialis
eſt ſponſa chriſti. d. c. virginib⁹.
⁊ ibi glo. Quartum erit ſtuprum:
quia vere virginem honeſte viuẽ
tem ſtuprauit. l. inter liberas. ⁊. l.
ſtuprum. ff. de adul. vide egregiũ
tex. in. c. ſi qua monacharũ. xxvij.
q. j. in quo fit mentio de vtroqꝫ. di
citur enim quod ſi qua monacha-
rum in lapſum adulterij cecide-
rit: aut in ſtupri fuerit deducta vo
20 raginem. ¶ †Et licet impoſſibi-
le eſſe videatur quod iſta duo cri
mina ſtuprum ⁊ adulteriũ ſimul
⁊ ſemel eodem tempore ⁊ in ea-
dem perſona concurrere poſſint
ex quo alterum preſupponit illã
eſſe ſolutam alterum vero coniu
gatam. d. l. ſi adulterium cum in
ceſtu. ⁊. l. ſtuprum. ff. ad leg. iul. de
adult. ⁊. §. idem lex iulia. inſtit. de
pub. iudi. ⁊. l. j. C. eo. titu. ſolu. ve-
rũ eſt quod iſta duo crimina ſunt
incompatibilia: ⁊ ideo vtrunqꝫ
in eadem perſona ⁊ eodem tem-
pore concurrere non poſſunt eſt
verum vno reſpectu quando ten
derent ad eundem determinatũ
finem. d. l. ſi adulterium. ⁊. l. ſtu-
prum. ſed diuerſis reſpectib⁹ be-
ne concurrere poſſunt in eadem
perſona vt eſt in caſu noſtro: mo-
nialis enim quo ad carnem eſt

vera virgo intacta: quo ad ſpiritum vero dicitur eſſe nupta coniugio ſpirituali: ⁊ ſponſa Chriſti per votum profeſſionis ſue: vnde non impeditur iſtorum duorum concurſus vnum in ſpiritu: alterum vero in corpore ſiue in carne: vt late diximus ſupra ſub precedenti. q. vij. in princi. argumento textus in. c. excommunicamus. el primo: ⁊ lo ſecundo in princip. de hereti. in antiq. vide not. text. qui loquitur de monialibus ⁊ expreſſe dicit ꝙ monialis per peccatū carnis committere poteſt ſtuprū ⁊ adulterium. xxvij. q. one prima: ſi qua monacharū. ¶ Et ex premiſſis etiam inſurgit aliud dubium nunquid iſta quatuor crimina de quibus ſupra quādo ex vnico concubitu orta fuerūt ſint quatuor crimina ſeparata in forma: ⁊ ſubſtantia: ita quod ipſorū reus poſſit de vnoquoque accuſari pariterque puniri: ⁊ pena ex vno ſecuta alterum non impediat, ac ſi ex diuerſis factis ⁊ cum diuerſis perſonis facta fuiſſent. Reſpond. articulus iſte in veritate eſt ſubtilis ⁊ diſputabilis: quando ex eodem facto plura oriunt crimina: an reus poſſit de pluribus accuſari ⁊ pluribus etiam penis puniri. glo. enim in. d. c. virginibus. dicit quod iſta dicuntur plura crimina nomine tantum: non autem effectualiter in ſubſtātia: ⁊ ſic reſpectu accuſationis ſunt diuerſa: quia poteſt de quolibet ad libitum accuſantis deferri: ſʒ quo ad effectum reſpectu pene omnia iſta reputantur pro vno: et ſic ſecuta pena ex vno reus ipſe a ceteris liberatur: ex quo in veritate non fuit niſi vnum facinum: ideo fiſcus debet eſſe vnica pena contentus ad ſimilitudinē duorum pluriumve reorū pro eadem ſumma in ſolidū obligatorum quorum ſi vnū totaliter creditor exegerit ceteri liberantur. l. ij. ⁊ ibi Bar. ff. de duo. re. fatetur tamen illa glo. quod vbicunque ex eodem facto plura oriunt crimina quod pena vnius magis aggrauatur ratione adiuncti criminis: vt habetur in. l. ſi adulterium. cū inceſtu. ⁊ ibi Barto. ff. de adult. ⁊ xxxij. q. vij. quēadmodū. §. ſunt eciā. ſʒ Bar. in. d. l. ſi adulteriū cū inceſtu. in. ij. col. in ver. vlterius quero. tenuit contrariū quod reus vtique poterit de omnibus puniri et ſic pro vno facto pluribus ⁊ diuerſis penis puniri: idem etiam tenet glo. in. d. l. ſi adulteriū cū inceſtu. in ver. occurrūt quā ſequitur ibi Barto. ⁊ idem Bar. in. l. ſenatus. ff. de accu. ⁊ clarius etiā Bar. in. l. ꝙ de crimine. C. de accuſa. Concludēs in effectu quod quotieſcūque ex eodem facto plura oriuntur crimina ſpecie diuerſa reus poterit de pluribus ſeparatim accuſari ⁊ de pluribus quoque puniri: ſed ſi ſuper vno fuiſſet in cauſa concluſum: adeo quod ſola expectaretur pnūciatio debebit ſuperſederi ſuper ipſo crimine ⁊ expectari donec cauſa ſuper altero expediatur vſque ad dictum terminū adeo ꝙ quis vnica ſnia duplici crimine reus declaratur ⁊ pluribus diuerſis penis afficit ⁊ ſatiſfacere tenetur: quod eſt verū quando eſſet pena pecuniaria bonorū vel alia hmōi: nō aūt quando eſſet pena vltimi ſupplicij vel mutilationis membri: quia iſto caſu pena ſemel commiſſa ⁊ executa in corpo

re amplius reiterari non poteſt: q2 mors vnica eſt que omnia ſoluit. §. deinceps. in auct. de nup. et l. vulgaris. et ibi Bart. ff. de furt. vide Barto. in. d. l. ſi adulterium cū inceſtu. in. ij. col. ver. ſed quid releuat etc. quibus nō obſtat text. in. d. l. ſenatus. ff. de accu. vbi de homicidio et paricidio notatus vnica dūtaxat pena punitur: q2 patet reſponſio per ſupra proxime dicta: nam morte ſemel executa nō poteſt amplius reiterari: et ideo vni9 pena vtrū3 ſoluit: q2 in vtro3 eſt pena mortis. vt. l. j. ff. ad leg. pomp. de paric. et. l. iij. §. fi. ff. ad leg. corn. de ſica. Bart. autem in. d. l. ſi adulterium cum inceſtu. aliter reſpondet ad. d. l. ſenatus: et dicit quod illa duo crimina de quibus ibi non ſunt eque principalia: vt principales ſpecies ſeparate: ſed vnum eſt tanq̄ gen9 qd eſt homicidium: alterum vt ſpecies ſub ſuo genere comprehenſa: nos aūt loquimur quādo ſunt plures ſpecies criminum ſeparate et eque principales l3 ex eodē fonte ſiue ex eodē facto procedāt et hec eſt vera cōcluſio communiter approbata. ¶ Que limitanda eſt primo ꝓcedere quādo eſſet vn9 et idē accuſator qui vellet eūdem reū de pluribus criminibus impetere: q2 ab vno tm̄ nō poſſet diuerſimode vexari ex eodem facto: vt ſupra: ſ3 bene a pluribus: ita dicit Bar. i. d. l. q̄ de crimine. et ratio eſt illa q2 exceptio rei iudicate ſuper vno remoueret eūdem accuſatorē ſuper alio proſequentē et hoc maxime quando lata eſſet abſolutoria ſuper vno que pariet exceptionem ſuper alio cōtra eandem perſonā non aūtem contra diuerſam: ſed q̄ eſt ratio quare potius iſta exceptio remouet eundem accuſatorem et non diuerſum ratio poteſt eſſe iſta q̄ n̄ nunc conſiderani: quia quando reus fuit ſemel abſolut9 ab vno crimine ſi idem accuſator vellet iterum agere ſuper alio crimine ex eodem facto deſcendente cēſetur calūniari velle contra ipſum accuſatum: ideo iura ipſum repellunt ab accuſando: quia in eo facto in quo ſemel ſuccubuit non debet iterum admitti: que ratio non militat contra tertium: vide Barto. in. d. l. q̄ de crimine. et ibi Bal. et Abb. in. c. trāſmiſſe de eo. q̄ cog. con. vxo. ſue vbi ſecut9 fuit dictum Bartol. in. d. l. ſi adulterium etc. ¶ Sed quero que vtilitas reſultat ex hoc quod quis poſſit de pluribus criminibus ſpecie differentib9 quādo ex eodem facto deſcendunt accuſari et puniri quādo ex quolibet crimine imponitur pena mortis vt eſt homicidium et paricidium de quibus diximus ſupra: item adulterium et inceſtum: vt. d. l. ſi adulterium cum inceſtu. in princi. cum mors vnica ſit que omnia ſoluit: et eſt actus qui non pōt de nouo reiterari: vt. l. vulgaris. et ibi Bartol. ff. de furt. et diximus ſupra proxime. reſpon. Barto. in. d. l. ſi adulterium etc. in. ij. colum. ver. quero quid releuat etc. vbi dicit quod hoc eſt vtile et prodeſt in plurib9: et primo quia ſi ſit lata ſententia abſolutoria ſuper vno poterit ab alio dico nō ab eodem accuſatore accuſari ſuper alio: vt. d. l. qui de crimine. item ſi ſequatur cond'natoria prodeſt in hoc: quia ſepius per ſtatuta pena adulterij

vel alterius criminis que de iure
ciuili est vltimum suppliciũ alle
uiatur ⁊ sit pecuniaria.item pro
dest in hoc:quia vnius pena au
getur propter aliud vt grauius
puniatur:ita tenet gloſſ.in.d.l.ſi
adulterium cum inceſtu.in prin
cip.⁊ ibi Bartol.in.d.ver.quero
quid releuat.i ſi.pro quo facit in
argu.tex.in.l.ſacrilegi.in.ij.reſpõ
ſo.ff.ad leg.iul.pecul.vbi ſi furtũ
fiat in loco priuatum ſacro dici
tur quaſi ſacrilegium et punitur
pluſq̃ furtum et minus quam
ſacrilegium de quo diximus ſu
pra in princi.iſtius.q. Pro reſo
lutione igitur ſupradicte queſtio
nis mote per gloſſ.in.d.c.virgi
nibus dico quod gloſſ. illa dum
vult quod ſint diuerſa crimina
reſpectu accuſationis eo quod ſit
in electiõe accuſatoris ſuper quo
ex dictis criminibus velit inſti
tuere accuſationem que poſtq̃
ſemel inſtituta eſt non licet poſt
ea ſuper alijs criminibus alias
diuerſas accuſationes propone
re: ſed in hoc male dicit per ea
que ſupra proxime diximus.quia
ſi ſunt plura crimina ſpecie diffe
rentia licet deſcendant ex eodem
facto poſſunt inſtitui plures ac
cuſationes et imponi plures pe
ne:vt ſupra proxime dictum eſt
poſſet tñ ſaluari dictum glo.in vno
caſu:ſ.qñ lata eſſet ſententia abſo
lutoria ſuper vno ex dictis crimi
nibus qđ non liceret accuſatori
intẽtare iudiciũ ſuper alio.d.l.q
de crimine.⁊ ibi Barto.alias di
ctum gloſſ.ſaluari non poteſt lo
quẽdo in foro iudiciali:quia etiã
de iure canonico q̃ties ex eodem
facto plura crimina oriũtur poſ
ſunt plures accuſationes inſtitu.
et plures pene imponi:ita dixit
expſſe glo.relata ad tex.in.c.rele
gentes.xxxij.q.v.in ver. ſi adulte
riũ.idẽ tenet Archi.in.d.c.virgi
nib9.per tex.in.d.l.q de crimine.
quem ipſe allegat ibi.ſi vero loq
mur in foro conſcientie prout ipſa
glo.poſtea dicit aliud eſſet dicẽ
dum ſcilicet quod vna pena tan
tũ puniretur.ſed grauius propter
alia crimina annexa:quia ſi vna
ſola qualitas aggrauat delictum
multomagis vnũ delictũ ſepara
tũ aggrauat aliud delictum hoc
idem tenet Barto.poſt gl.in.d.
l.ſi adulteriũ cum inceſtu. ¶ Qui
23 bus ſic declaratis deuenio nunc
ad expeditionem queſtionis no
ſtre.⁊ quero quibus penis puni
tur quis pro iſto coitu habito cũ
moniali. ¶ Reſpon.aut loq̃mur
in foro conſcientie aut in foro cõ
tentioſo canonico:aut i foro ciui
li. Primo caſu qñ ſumus in foro
conſcientie eſt pena excommuni
cationis ⁊ excluſionis a conſor
tio aliorum profeſſorum ſiue mo
nachorũ ſiue monialiũ: quia de
bent omnino ab aliorum mona
chorũ ſiue monialiũ conſortio ex
pelli q̃ huiuſmodi impudicitie ſe
immiſcuerint:⁊ in aliquo loco ar
cto ſiue carcere ipſi9 monaſterij
intrudi ad agẽdũ perpetuã peni
tentiam:ita qđ in ſolo mortis ar
ticulo ſi digne ⁊ cõgrue penitue
rint non negetur viaticũ eucha
riſtie:vt i.c.impudicas ⁊.c.virgi
nib9.xxvij.q.j.⁊ nota ꝙ non ſunt
abijciendi vel abijciẽde extra mo
naſterium:ita qđ vagari poſſint:
ſed intrudende vt ſupra ne cum
alijs conuerſentur tanq̃ oues
morboſe:ne alias aut totum oui
le inficiant:ita not.et expreſſe di

cit Archidia.in.c.peruenit.xxvij.
q.prima.pro quo facit tex.in.c.in
eccleſiaſticis.§.fi.de maio.ꝛ obed.
quem vide ibi. Ea enim que pro
bet locum in muliere rapiēte vi
rum ex quo non viget eadem ra-
tio iniuriarum in hoc caſu ſicut
in alio: ita tenent Bal. ⁊ Sali. in
dicta. l. vnica. ⁊ eſt cōmunis opi-
42 nio omnium doc. ❡ † Idem etiā
dicendum eſt in viro rapiēte aliū
virum cauſa libidinis: quia non
comprehenditur ſub illa lege: ita
tenet Salice. ⁊ Bald. ibi: et dixi
43 mus ſupra ea. q. in princ. ❡ †Se-
quitur ibi in textu quod nuptie
procedere debent de cōſenſu pa-
rentum ipſis puelle alias non va
lent. dic ꝙ hoc eſt verum de iure
ciuili: vt ibi dicitur. Secus de iu-
re canonico: vt dicto. c. cauſa q̄.
⁊ c. fin. de rapto. ⁊ xxvij. q. ſecun-
44 da raptus. ⁊ c. lex illa. †Et ideo
dicitur etiam ibi quod puella nu
bere non poteſt ipſi raptoꝛi etiā
ſi parentes

ſ parentes cōſentiāt q̄ ſi iniuriā ipſaꝫ remiſerint ⁊ dictis nuptijs cōſenſerint debent deportari: ita dicit expreſſe tex. in. d. l. vnica. de raptu. §. penul. in fi. cuius cōtrarium diſponitur de iure canonico. d. c. cauſa que. ⁊ c. fin. extra de rapto. vbi eſt caſus ꝙ ſi raptor raꝑuerit virginem: cum qua nullus nuptiarū cōſenſus prius interuenerat ⁊ dato ꝙ mulier rapta fuerit in vita ſi tamen poſtea conſenſerit ⁊ placuerit ſibi ſuo raptori nubere nihil obſtat quo min⁹ poſſit illi impune nubere. d. c. fin. quod nota quia cum cauſa matrimonij ſit ſpiritualis et regulet̄ a iure canonico: vt in. c. debet. de bigam. debemus in hoc ſtare diſpoſitioni iuriscanonici. c. per venerabilē. q̄ fil. ſint legit. ⁊ c. ſi diligenti. de fo. competen. ⁊ not. per doc. in. c. ſolite. de maio. ⁊ obedi.

45 ⁊ in. c. nouit. de iudi. ¶ † Ultimo in hac decima queſtione quero quid ſi rapta fuerit meretrix cā libidinis cōcubina pluriū aut alia mulier ipudica an raptores ſubijciantur penis dicte. l. vnice. C. de rap. virg. Bart. in. l. verum. in fi. ff. de fur. ⁊ in. l. iij. in fine. de cōdi. ob turp. cau. dicit quod nō. ⁊ ita etiam videtur ſentire Bald. in dicta. l. vnica. C. de rapto. ⁊ ideo dicunt rapto. quod qui rapit meretricē libidinis cā: ⁊ eadē de cauſa tenet illā incluſam in domo ꝑ plures horas ⁊ dies non tenetur de priuato carcere: nec tenetur etiam de vi priuata dicta. l. verū. ⁊ ibi Bart. ⁊ hocidem tenet Salice. in. d. l. vnica. in ſecunda col. in ver. oppo. prima ⁊c. et ita etiā tenet gloſſa in dicta. l. vnica. in

46 ver. viduarum. ¶ † Nota tamē vnum quod dicit domin⁹ Mattheus de Matheſilla. in ſingulari ſuo. cxiij. quod incipit: nota vnum quod ſolent vulgares ⁊c. vbi dicit qđ licet iſti qui capiunt ⁊ detinent incluſas meretrices violenter in domo priuata cauſa libidinis non teneantur de priuato carcere nec vi publica: vt ꝑ Bar. in dicta. l. verum. ff. de furt. tamen tenetur actione iniuriarū ipſi mulieri que quidem iniurie poſſent eſſe adeo atroces attenta qualitate facti ⁊ perſonarū cōditione quod iudex poſſet arbitrari penam mortis eſſe inferē dam contra dictum raptorem: et detentorem: ⁊ allegat doctrinam Barto. in. l. fi. ff. de rer. diui. ſed parcat mihi excellentia ſua: quia dictum ſuum non puto eſſe verū ex quo iura per ipſum allegata hoc non probant. et Barto. etiā in. d. l. fi. ff. de re. diui. nullum verbum facit de iſta materia in li-

47 bro meo. ¶ † Sed quero quid ſi meretrix illa deſierat iam meretricari ⁊ ceperat honeſte viuere prout probari poterat. Quia iam penituerat ipſam preterite vite ſi huiuſmodi mulier rapta fuerit an raptor puniatur: ac ſi mulierē honeſtam rapuiſſet: vt habetur in. d. l. vnica. in prin. C. de raptu virgi. Sali. ſecut⁹ opi. Cyn. in. d. l. vnica. dicit ꝙ iſto caſu raptor ſubijcitur eiſdem penis de quib⁹ in dicta. l. vnica. quia ſufficit qđ mulier illa honeſte viuat tempore raptus. lex enim illa non requirit vitam preteritā: ſed preſentem duntaxat que eſt tempore rapt⁹: vnde ſi reperitur honeſta tempore rapt⁹ pena committitur alias non: ita tenet Salicetus in dicta

l.vnica qui dicit hoc esse de mēn
te Cyn.ibi:idem etiā tenet Bald.
expresse in dicta.l.vnica.vbi di-
cit q̄d aut in muliere illa appare-
bant signa penitentie:q: nolebat
amplius meretricari.vt q: pra-
cticabat continue inter honestas
mulieres:⁊ euitabat multum con
sortia inhonesta tam virorū quā
mulierum:que aliquantulum si-
bi suspecta videbantur: et alia
cuncta opera honesta et laudabi
lia faciebat que honeste et pudi-
ce mulieres facere solent: et isto
casu idem iudicandum erit de il-
la sicut de alijs honestis :⁊ pudi
cis mulieribus. ¶Aut preterite
vite nondum bene penituerat:q:
adhuc impudice viuebat:⁊ si nō
publice saltim secrete: et noctis
tempore admittebat plures in
domo et plurimum virorum pa-
tiebatur amplexus isto casu iu-
dicandū erit de illa sicut de me-
retrice vt.C.de nupt.l.imperia-
lis.⁊ dicit ipse Bald.quod istud
est satis tolerabile quod isto ca-
su non habeat locum dispositio.
d.l.vnice.et per hec sum expedi-
tus de ista pulcherrima.q.

¶Summarium.

1 Coitus cū quacūq; muliere vulgariter honesta sꝫ occulte impudica an sit punibilis.

2 Mulier per quemcunq; coitū siue occultum siue manifestum extra matrimoniū infamis efficit.

3 Jus canonicum punit quemcūq; coitum preter vxorium.

1 Vndecimo quero† q̄d
si mulier nupta aut vi
dua que publice reti-
net nomē honeste ma
trone occulte tamen
plurium virorum admittere con
sueuit amplexus an coit9 habit9
cū mulierib9 huiusmodi sit puni
bilis ⁊ qua pena:⁊ breuiter dicas
2 quod quā puniunt† mulier cepit
meretricari ⁊ inhoneste viuere:si
ue secrete hoc faciat siue publice
perdit florē pudoris:⁊ nomē ho-
neste matrone vt.l.inter liberas.
⁊ ibi Bar.ff.de adulte.⁊ insti.de
pub.iudi.§.item lex iulia.⁊ ibi.d.
Joan.fabri.qui igitur concubuit
cum ipsis mulieribus istius con-
ditionis nullā penam meretur
de iure ciuili:vt.d.l.verum.et ibi
Barto.ff.de furt.⁊ est glo.⁊ in.d.
l.vnica.C.de rapto.virg.⁊ Bar.
in.l.iij.ff.de condi.ob turp.caus.
vide textum not.in.l.que adulte-
rium.C.de adul.qui tex.loquitur
3 de nupta ⁊ vidua.† Fateor bene
quod de iure canonico iste coit9
non erit impunibilis:quia illo iu
re omnis coit9 p̄ter vxoriū est pu-
nibilis.xxxij.q.v.c.meretrices.

¶Summarium.

1 Christian9 carnaliter cognoscens iudeam vel econtra iude9 christianam:qualiter puniatur.

2 Matrimonium inter christianū ⁊ iudeā vel econuerso contractū nullum est de iure canonico.

3 Matrimonium verum ⁊ propriū est communicatio diuini iuris.

4 Adulterium mortis pena punit.

5 Filij ex matrimonio christiani et iudee procreati nō dicūt legitimi.

6 Ignorantia facti liberat a pena in casu matrimonii.

7 Scia adueniente ilico cessat priuilegium ignorantie.

8 Matrimoniū sciēter inter christianum ⁊ iudeam contractū punitur excommunicatione perpetua de iure canonico.

9 Judeus contrahēs matrimoniū

cum chriſtiana an ſit ſeculari curie ſubdendus.

10 Circunſtantia aggrauat delictũ.

11 Iudeus an ob matrimonium cũ chriſtiana contractũ poſſit morte puniri.

12 Iudeo quondã auinione ob matrimonium cum chriſtiana contractũ fuerũt teſticuli amputati.

13 Iudeus carẽs ſigno deferri inter chriſtianos ſolito ſi peccet cũ chriſtiana preſumitur dolo peccaſſe.

14 Chriſtianus coiẽs cũ iudea quare minus tractet͛ ꝙ iudeus coiẽs cum chriſtiana.

15 Iudeus habitũ a chriſtianis nõ differentẽ deferens an ꝛ qualiter ſit puniendus.

16 Chriſtianus cum extranee fidei profeſſore coiens qualiter puniatur: vel econtra.

1 Quodecimo quero quid ſi Iude⁹ carnaliter cognouerit mulierẽ chriſtianam vel ecõtra Chriſtian⁹ coitũ carnis habuit cum muliere hebrea qua pena puniet͛? Reſpõd. aut illam cognouit carnaliter in figura matrimonij: aut in actu fornicationis: ſi in figura matrimonij: aut loquimur de iure canoni

2 co. ꝛ matrimonium eſt ipſo iure nullum: ideo fit ſeparatio incontinenti. xxviij. q. j. caue. ꝛ c. ſi qs. ꝛ c. in nõnullis de iude. in foro conſcientie puniuntur pena ſeptem annorum de qua in. c. hoc ipſum. xxxiij. q. ij. ꝛ diximus ſupra eo ti. q. ij. ꝛ iij. ¶ In foro autẽ cõtentioſo corã iudice eccleſiaſtico dic aut contraxit ignorãter in figura matrimonij: ꝛ nõ punitur aliqua pena ſecundum quod tenet Panor. in. d. c. in nõnullis. ratio eſt: quia dabat operam rei licite: vt alias late diximus. s. eo. q. j. ꝛ. ij. ꝛ. iij. aut ſcienter. ꝛ punitur pena excõmunicationis ꝛ nihilominus ſeparantur: vt. s. dictũ eſt per doctrinam Abb. in. d. c. nõnull⁹. argumẽto tex. i. c. ſi quis epiſcop⁹ aut preſbyter. iuncta glo. xxvij. q. j. ꝛ omnino ad inuicem ſeparãtur: vt ibi: vide tex. no. ꝛ. c. ſi quis. xxviij. q. j. qui vult quod penitus a com

3 muniõe fideliũ ſeparent͛. ¶ De iure autem ciuili aut illã cognouit in actu fornicationis aut in figura matrimonij: ſi in matrimoniũ aut ſcienter aut ignorãter cõtraxit cum illa. ſi ſcienter: primo ꝛ principaliter matrimonium nullum eſt: quia verũ ꝛ proprium matrimonium eſt communicatio diuini iuris. l. j. ff. de ri. nup. ꝛ. l. aduerſus. ff. de crimi. expil. heredi. que quidẽ communicatio eſſe nõ poteſt inter iudeum ꝛ chriſtianã vel econtra iter chriſtianũ ꝛ iudeã. xxviij. q. j. caue. c. ſeq. ꝛ. c. ſi qs. vbi eſt ca

4 ſus ꝛ iſti de iure ciuili ſunt pena adulterij puniendi: que eſt pena mortis vt late dixim⁹. s. eo. in. q. adulterij: ſed aduerte ꝙ per illã commixtionem nõ cõmittitur proprie adulterium: ſed crimẽ iſtud vicem adulterij obtinet vt. C. de iude. l. ne quis chriſtianã. immo videtur eſſe deterioris conditionis ꝙ adulteriũ: quia ſine temporis prefinitione a quocũꝗ poterit accuſari iſte coit⁹ ꝙ nõ efficit adulterio proprio vt. l. miles. §. ſi pater §. mulier ꝛ. §. ſexaginta. ff. de adul. ꝛ titu. item poterit vnuſquiſꝗ illos accuſare abſꝗ inſcriptione talionis pene: vt dicit glo. in dicta

5 l. neque. ¶ Si vero ex coitu huiuſmodi liberos ſuſceperit nõ ſint le

gitimi aliquo pacto ex quo nullū
erat matrimonium inter parē-
tes illos tamen puto vt inceſtuo
ſos filios appellari nō poſſe: ita
vt nec a patre alēdi ſint argumen
to co2uʒ que habentur in aut. de
inceſt. nupt. in princi. ꝛ in aut. ex
complexu. eo. C. eo. titu. immo vi
detur eſſe grauius iſtud quaʒ coi
re cum propria conſanguinea: q2
per coitum conſanguinee violā
tur iura conſanguinitatis dun-
taxat: vt in. c. primo ꝛ ſecundo de
conſang. ꝛ affin. qui remoto vin-
culo conſanguinitatis poteſt eſſe
matrimoniū inter eos cū ſint am
bo Chriſtiani: ꝛ hinc eſt quod ſe-
pius diſpenſantur a ſummo pō
tifice: vt tota die videmus: ſed p
iſtam aliam cōmixtionem fit in-
iuria duobus ſacramentis: pri-
mo fit iniuria baptiſmo: ꝛ vniuer
ſe chriſtiane religioni vt. xxvij. q.
j. caue. c. nō oportet ꝛ. c. ſequen. fit
etiam iniuria ſacramento matri
monij quod cognantur cōtrahe
re contra legum inſtitutiones di
cta. l. nequis. C. de iude. ꝛ l. j. ff. de
rit. nupt. nec vnquam poterit ta-
le matrimoniū ſine potius adul
terina commixtio a ſede apoſto-
lica diſpenſari: niſi precedat ba-
ptiſmatis ſacramentum dicto. c.
non oportet. ꝛ ibi glo. merito illo
rū proles tanquā inceſtuoſa: ꝛ dā
nabilis debet cēſeri incapax om
nis ſucceſſionis generaliter. d. aut.
cōplexu. ꝛ ex eo quod habetur in
corpore. ꝛ iſtud etiaʒ videtur eſſe
de mente Oldra. in ꝯſi. cccxxxiij.
6 quod icipit qualiter punitur Iu-
deus ꝛc. ¶ †Si vero ignoranter
contraxerunt ꝛ excuſant a pena
ſecundum quod dicit glo. in. c. in
nonnullis. de iude. quam ſequi-
tur ibi Abb. ꝛ alij dicentes ꝙ iſta
eſt ignorantia facti merito indul
get excuſationem: vt. l. prima: ꝛ ibi
Bart. ff. de iur. ꝛ fac. igno. ꝛ in. c.
ignorantia. de regulis iur. lib. vj.
7 ¶ †Sed nota qđ iſta ignorantia
poterit illis prodeſſe ſi incontinē
ti abſq3 mora poſtq3 habuerint
notitiam de tali impedimento ſe
adinuicem ſeparauerit alias nō
euitant penas predictas: quia vi-
detur conſentire in illo peccato:
ꝛ velle illum damnatum coitū cō
tinuare ſecundum ea que haben
tur in illo not. textu in. l. qui con-
tra legum. C. de inceſt. nupt. ꝛ ibi
8 Bal. ꝛ Sali. ¶ †De iure vero ca-
nonico pro huiuſmodi matrimo
nio ſic cōtracto eſt pena excōmu-
nicationis perpetue. xxviij. q. pri-
ma. caue cum duobus. c. ſequen.
¶ Si vero illaʒ cognouit in actu
fornicationis ꝛ eadem diſtinctio
reperitur aut ſciēter aut ignoran-
ter: ſi ſciēter aut loquimur de iure
canonico ſecūdū antiquam legeʒ
moyſis: et indiſtincte erat pena
mortis. ij. q. vij. nos ſi incompetē-
ter. §. ſed notandum. ver. nathaʒ.
ꝛ. §. hiſita. verſicu. multa enim. ꝛ
xxxiij. q. quinta. c. reos. §. nathaʒ.
ꝛ. §. multa cū. vbi eſt idem caſus.
dicit enim ibi quod iudex iudeū
cum madianita coeunteʒ gladio
tranſfixit: ꝛ fuit reputatū ad iuſti-
9 tiā. ¶ †De iure vero pontificio
in foro contētioſo quidā dixerunt
idē eſſe qđ Iudeus qui in huiuſ-
modi crimine incidit tradendus
ſit curie ſeculari condignā ani-
maduerſione puniēdus: q̄ verba
denotant penam mortis vt infra
dicam: quando per iudicem eccle
ſiaſticū cognoſcit de crimine ipſo:
ita qđ puniatur vltimo ſupplicio

tradidoꝫ curie ſeculari:ita tenet.d. Feli.in.d.c.in nōnullis.que q̄deꝫ verba animaduerſiōis denotant: vt dixi maximum arbitrium continens etiam mortem ſecundum dominū Fel.ibi q̄ allegat ad hoc bonum textum in.c.vt inquiſitionis:circa medium de hereti.lib. vj.vbi textus ille loquendo iudicibus ꝛ dominis temporalibus per verbum iſtud animaduerſionis demonſtratur pena mortis. Oldra. 11 tamen in conſilio.cccxxxiij.ꝙ incipit qualiter puniatur ꝛc.conſuluit in fauorem cuiuſdam Judei qui carnaliter cognouerat mulierem chriſtianam que erat mulier impudica ꝛ meretrix ſecunduꝫ ꝙ apparet ex verbis ſuis.vbi demum concludit quod non deberet puniri iſte iudex pena mortis pro iſto coitu:ſꝫ alia graui pena citra mortem tamen:ꝛ atteſtatur vidiſſe in Ciuitate Animoſi. amputari virilia cuidam Hebreo pro iſto crimine que d,tamen dicit eſſe verum quādo eſt ſimplex fornicatio que non habet annexam aliquā qualitatē que aggra 2 uat delictum:ſicut eſt ſtupruꝫ vel adulterium:quando mulier eſſet 10 honeſta:quia tunc nō negat Judeum debere puniri maioribus penis ſicut alias diximus ſupra in Chriſtianis:ꝛ vt clarius materia iſta aperiatur dic:vt infra ſequitur: maxime quo ad dictum verbum animaduerſionis quod vt dixi denotat ꝛ cōprehendit penam mortis:maxime quando refert ad Poteſtates dominos temporales ꝛ Judices ꝛ cetera.vt dicit textus in dicto.c.vt inquiſitionis.de hereti.libro ſexto:ibi dum dicitur Poteſtates domini temporales Rectoreſq; ꝛ eorum officiales de predictis animaduerſionē aſſumant ꝛc.que quideꝫ animaduerſio denotat penam mortis vt diximus.idem tenēt Joan.and. ꝛ Dom.de ſctō gemi.in.d.c.vt inquiſitionis.ꝛ Ant.de but. ſm qd̄ refert ideꝫ.Feli.in.d.c. nōnullis. in fi.idem tenet in cōſi.xij.vbi dicit ꝙ iſtud verbum in terminis noſtris denotat penam mortis. †Quidam tamen fuerunt in contraria opi.ꝙ Judex propter hoc delictum non ſit puniendus pena mortis ſed alia minori pena: puta deportationis pecuniaria vel alia huiuſmodi arbitrio iudicis declarāda.ꝛ hanc opi. tenuit Pe.de vbal.de peru.īꝯſi.lxxv. qd̄ īcipit:quidā dict9 gai9.ꝛ Roma. in ꝯſi.clv.qd̄ incipit an iudeus q̄ cognoſcit chriſtianam.Jo.cald. in conſil.xij.de foro compe.hanc etiam opi.videtur tenere gloſ.in d.c.in nonnullis ſuper.verſi.animaduerſionis.dicens qd̄ erit pena pecuniaria vel alia tēporalis arbitrio iudicis:ꝛ ſic videt excludere mortē.†Oldra.etiā in cōſil. cccxxxiij.qd̄ incipit qualiter puniatur iudeus vbi dicit ꝙ dū ipſe eēt i ciuitate Animoneſi.vidit.p iſto crimine cuidā hebreo ampu tari teſticulos.Ego eni i iſtis terminis attendentem ad conditionem perſonarum ꝛ maxime mulieris an eſſet honeſta matrona ſiue mulier nobilis aut vilis oditionis vel inhoneſte vite vt ſunt iſte meretricule ꝛ vulgares mulieres:ꝛ itē an iudeus ſemel tm̄ nacta occaſiōe i iſtud crimē inciderit:vel iuxta etatē an iunior ſit iuniori.xxv. annis vel maior ad quadragenarium accedens vel circa

⁊ an ſit vxorat⁹ vel ſolut⁹ vel ta- lis ſit q̄ als erat honeſte ↄditiōis aut poti⁹ pluries illud idē ↄmiſe rit vel ad id perpetrandum lon- go tp̄e vacauerat aut nō vnā tm̄ mulierē: ſed plures ⁊ plures ſub eiſdem amplexibus ſubiecerat ⁊ ſimilia: vt ſm̄ perſonarum cōdi- tionem facti contingentiā ⁊ cri- minis turpitudinem ſiue delin- quendi conſuetudinē q̄nq̄ leuē q̄nq̄ grauem q̄nq̄ grauiſſimam mortis penam imponerem iuxta notata per Abb. in. c. ij. de ſorti. ⁊ idē Abb. in. d. c. in nonnullis. de inde. ⁊ per Mathesil. in ſing. ſuo de quo ſupra eo. in. x. qō. in fine. ¶ Si vero ignorāter hm̄ōi ſcel⁹ patratū fuerit aut fuit cū nupta ⁊ erit pena adulterij aut cum vir gine vel vidua honeſte viuente ⁊ erit pena ſtupri ac ſi eſſet factum cum muliere chriſtiana de quib⁹ latius dictum fuit ſupra eo. titu. in. vj. ⁊ vij. q. Quis gloſ. in. d. c. in nonnullis videatur velle q̄ pci- tur hebreo vel hebree q̄n ignorā- ter fecerūt. vbi dicitur quod qui errauerit excuſatur: ſed illud de- bet intelligi quādo errauerit in facto ⁊ illam cognouit in figura matrimonij nō aūt in actu forni- catiōis: vt hic. aut erat mulier vi- lis cōditionis ⁊ in honeſte vite. ſ. meretrix occulta vel publica: ⁊ erit pena arbitraria citra mortē tn̄. ita videtur ſentire glo. in. d. c. in nonnullis. in ver. per errorē. idem tenet Jo. and. in. c. cū q̄s. de regul. iur. lib. vj. in mercurialib⁹ ⁊ Jo. and. in. d. c. cum quis. Abb.
13 ⁊ feli. in. d. c. in nonnullis. † Sed aduerte quod cōtra iſtā ignorā- tiā facti in iudeo adeſt q̄dā pre- ſumptio fraudis ⁊ doli ex quo nō

videt carere culpa quod eſt quā- do inde⁹ ambulat ſine ſigno de- ferri ſolito ab hebreis p̄ quod ſe paratim cognoſcuntur a chriſtia nis prout deferre tenentur: vt ha betur in. d. c. in nonnullis. ⁊ quo ties nō deferunt illud videntur eſſe in dolo nec poterunt ſe excu- ſare propter ignorantiam ratio- ne preſumpti doli. d. c. in nonnul
14 lis. † Mulieres vero hebree nul- lū ſignū deferre ſolēt diſtinctū a chriſtianis ſicut maſculi maxime de conſuetudine vt diu vidi ma- ximam copiā in vrbe romana ⁊ alibi ⁊ nullam vnq̄ vidi deferre habitum aut ſignum aliquod p̄ qō cognoſceret a chriſtianis mu lieribus: ⁊ ideo putarē magis ex- cuſandum eſſe chriſtianū qui ha beret coitū cū hebrea q̄ā hebreū q̄ coitū habuerit cū xp̄iana: q2. ). caſu poteſt eſſe excuſabilis igno rantia facti ratione indifferētis ⁊ vniformis habitus quod nō eſt in ſc̄do caſu in quo non videtur poſſe adaptari excuſatio aliqua ratione ignorātie ſaltē reſpectu
16 mulieris chriſtiane. † ⁊ ꝓptera dicit tex. i. d. c. in nōnullis. q̄ gra uiter puniēdi ſunt hebrei q̄ nō de ferunt habitū diſtinctum a chri- ſtianis vt cognoſcātur ab oībus.
17 ¶ † Juxta hec quero quid ſi tur- chus maurus heretic⁹ ſarracen⁹ vel alius quicunq̄ extraneꝰ fidei profeſſor rem carnalē habuerit cū muliere chriſtiana vel chriſtia n⁹ vir cū eoꝝ mulierib⁹ reſpecti ue ſe carnaliter ↄmiſcuerit q̄bus penis ſubiacebunt. reſpōd. quod in his adhibebitur ſimilis diſtin- ctio ꝺ qua ſupra: aut i figura ma- trimonij aut i actu fornicationis ⁊ aut ſcienter aut ignoranter; ⁊

tunc aut erat minor cū fecit in for
ma matrimonij: aut erat maior
iuxta diſtinctionē ſupra proxime
factam ⁊ eiſdē penis ponuntur:
de quibus ibi per text.in.d.c.in
nonnullis.in princ.vbi loquitur
etiā de ſarracenis:⁊ ratio ibi ap-
poſita cōcludit etiā in alijs p̄miſ-
ſis:ita etiā videtur ſentire gloſ.in
d.c.in nōnullis.ꝙ eadem ſit rō in
alijs que eſt in iudeis per iura p̄-
dicta.⁊ idem etiā videtur innue-
re tex.ibi dū loquitur de ſarrace-
nis ⁊ notaꝛ in rub.⁊ in.c.ſ.eo.titu.

¶Summarium.

1 Cuſtos carcerū rem carnalē
explens cum incarcerata quā pe
nam incurrat.
2 Cuſtos carcerū tenetꝛ carceratam
mulierem debite tractare et, ille-
ſam cuſtodire.

1 Decimotertio vidē-
dū † eſſe putaui qd
ſi officialis vel cu-
ſtos carcerū rē car-
nalē expleuerit cū
muliere incarcera-
ta qua pena puniatꝛ? Reſpōd.aut
mulier illa erat honeſte vite cōdi
tionis ⁊ fame:⁊ iſto caſu officialis
ſiue cuſtos hmōi punitꝛ eadē pe-
na qua punitꝛ tutor q̇ pupillā cui9
tutelā geſſerat vel gereret ſtupra-
uit:de quo dictum fuit late ſupra
eo.ti.q.vij.vbi diximus plene de
ſtupro in.vſ.fallen.eadem enī rō
militat in vtroqꝫ: quēadmodum
autē tutor tenetur alere pupillam
⁊ illam honeſtis moribus conſer
uare.ſ.illius perſonā ex quo prin-
cipaliter datur pſone ſecundario
autē rebus.C.de admini.tut.l.cū
plures.§.in primis ⁊.C.de alim.
pupil.preſtād.l.fi.inſt.q̇.tut.dar.
poſ.§.ad certum.ver.certe.et ibi

2 glo.† eodē mō cuſtos carcerū te-
netꝛ diligēter ⁊ honeſte cuſtodire
⁊ alere mulierē incarceratā ⁊ illā
illeſam ſupplicio vel innocētie cō
ſeruare:vt.l.ſ.et.l.fina.C.de cuſto.
reo qꝛ aliter faciendo eſſet vehe-
mēs ſuſpitio imo p̄ſumptio frau-
dis aut corruptionis cōtra ipſū
officialē:⁊ iſta fuit doctrina illius
antiqui et famoſi doct.do.Jo.fa-
bri inſtit.de pub.iudi.§.itē lex iu
lia.quē refert ⁊ ſequitꝛ generoſus
practicus.d.Paris.de put.in ſuo
tra.de ſindi.in.c.adulteriū.§.ſiue.

¶Summarium.

1 Matrimoniū ſcdm contra-
hens viuente prima vxore quam
penam incurrat.
2 Matrimoniū nullū diſſolui non
dr:qꝛ qd nihil eſt rūpi nō dicitur.
3 Pena iuris ciuilis euitātur facti
ignorantia probabili.
4 Maior errās in iure an excuſetꝛ.
5 Scdam ducēs vxorē p̄ma viuēte
infamis ppetuo efficitur:⁊ ſecun-
dam dimittere cogitur.

1 Decimoquarto qro
Ticius habēs vxo-
rē adhuc viuentē
cōtraxit matrimo-
niū cū ſcda qua pe-
na puniatꝛ:⁊ ita ecō
tra dña Cornelia exiſtens cōiuga
ta contraxit matrimoniū cum ſe-
cundo vtroqꝫ caſu carnali copu-
la ſubſecuta ⁊ quid agendum ſit
de ſecunda vxore vel ſecundo vi-
ro reuertente primo vel prima?
Reſpōd.dic quod aut iſtud ſecū
dum matrimonium contractum
fuit ſcienter aut ignoranter ſiue
ab vtroqꝫ vel ab altero tantum.
Primo caſu quo ad validitatem
matrimonij ſecundi certum eſt
quod nullum eſt:quia ꝙ primum

conſtat de vita prioris coniugis
ſtatim fit ſeparatio ſecundi non
quod rumpatur ſiue diuidatur
2 matrimoniū:† quia quod nullū
eſt rumpi non pōt.l.j.ff.de iniuſt.
rup.et irri.teſta.τ.l.ſi poſt mortē.
§.fi.ff.de bon.poſ.contr.tab.ſed
fit ſeparatio declaratio nullita-
tis huius ſecundi matrimonij:et
reuertit ad primum vel primam
coniugem.c.nuper.de biga.c.ac-
cepiſti.de ſponſ.duo aget em̄ peni
tentiam de peccato.d.c.accepiſti.
xxxiij.diſti.c.fraternitatis.lxxxij.
diſt.preſbyter.xxxiiij.q.ij.hoc ipz
3 † penas vero iure ciuilis de q̄b⁹
in.d.l.eum qui duas.ff.de adul.τ
l.q̄uis.C.eo.tit.ꝓpter ignorātiā
euadet dūmodo ignorantia ſit in
4 facto probabilis.† ſi vero erraſ-
ſent in iure putantes poſſe cōtra
hi cū duab⁹ ſecus eſſet niſi eſſent
minores ambo vel alter ipſorum
de quibus late habetur in.d.l.ſi
adulterium cum inceſtu.§.idem
polliotii.et ibi Barto.ff.de adul.
τ.l.qui cōtra legum.C.de inceſt.
nup.vbi eſt optimus text.τ gloſſ.
ibi Bal.Sali.τ alij:τ ſupra etiam
5 diximꝰ eo.ti.in.vij.τ.xij.qq.† Se
cundo vero caſu quando ſcienter
grauius puniuntur:quia de iure
canonico eſt excōicatus.d.c.acce
piſti.τ.d.c.nuper.τ nihilominus.
tenetur illā vel illū dimittere:de
iure aūt ciuili eſt infamis ipſo iu-
re.d.l.eum qui duas.τ.l.j.in fi.ff.
de his qui not.infām.τ vir puni-
tur de adulterio ſi ſecunda erat
cōiugata τ econtra:mulier ſi vir
erat vxoratus.d.l.q̄uis.in fine.et
aut.ſed hodie.C.de adult.ſi vero
mulier erat ſoluta de ſtupro eo-
dem modo mulier ſi vir erat ſolu
tus.d.l.eum qui.τ.l.inter liberas.

τ.l.ſtuprum.ff.de adult.τ inſtit.de
pub.iud.§.itē lex iulia.Puto etiā
qd patiunt alias penas q̄ſi ſcien-
ter contraxerūt:qꝛ omnia eoꝝ bo
na confiſcantur q̄ſi ſunt ſiue ꝓle
legitima τ mittuntur in perpetuū
exiliū vt in aut.de inceſt.nupt.in
princ.τ.l.qui contra legū.C.eo.ti.
τ dixi late.ſ.eo.in.ij.τ.iij.qq. Sed
quid ſi alter dūtaxat ſcienter con-
traxit alter vero ignorans erat:et
ille qui ſcienter contraxit aliquid
donauerit ignorāti an ſoluto hu-
iuſmodi matrimonio cōpetit re-
petitio bonorum donatarum ipſi
donanti aduerſus dictum dona-
tarium.dic quod non.vide gloſ.
not.in.l.eū qui duas.τ in.d.l.qui
contra legum.τ diximꝰ ſupra eo.
tit.q.iij.vj.τ.vij.in fi.ſi vero vter-
q̄ ignoranter τ ambo bona fide
ꝯtraxerūt cōpetit repetitio vt ibi dr̄.

¶ Summarium.

1 Cleric⁹ τ religioſus ꝓfeſſus cū vna τ eadē coeuntes qualiter veniāt puniendi.
2 Religioſus fornicationē cōmittens dr̄ ſacrilegiū eo committere.
3 Filij pſbyteroꝝ dicunt inceſtuoſi.

1 Decimoquito τ vltimo
non obmittam ſilen-
tio hanc notabilem qōnem
quē ſepi⁹ occur-
rit in facto preſbyter
aſſociatur cum monacho ſiue ali
qua religioſo cuiuſcunq̄ religio
nis profeſſo et ambo cum eadem
muliere fornicant.quero qua pe-
na puniantur:item quod crimen
ex iſto coitu oriatur.Reſpōd.aut
mulier erat honeſte vite τ tunc ſi
nupta erat adulterium:ſi vero ſo-
luta τ laica ſtuprum vt ſupra la-
ti⁹ diximꝰ in.xj.τ.vij.q.ſi aūt erat
impudica vel meretrix ſimplex for-

nicatio vt ſupra dixi.d.q.vi.ꝛ.vij.
2 †Quidam vero dixerunt qꝺ oꝛi-
tur ſacrilegium tam reſpectu preſ
byteri quam monachi propter ſa
cramentoꝝ eccleſiaſticoꝝ le-
ſionem.xxvij.q.pꝛima.c.virgini-
bus.ꝛ.c.impudicas.ꝛ.c.ſi qua mo
nacharum.veritas tamen eſt iſta
quod monachus duntaxat vel
alius regularis ſacerdos ꝯmittit
ſacrilegiũ: clericus vero ſtupꝛum
duntaxat aut adulterium ſi erat
nupta: vel ſimplicem foꝛnicatio-
nem ſi mulier impudica erat vel
meretrix.ꝛ ratio eſt iſta quia mo-
nachus per foꝛnicationem nõ ſo
lum ledit ſacramẽtũ ſacroꝝ oꝛ-
dinũ verum etiam frangit ꝛ vio-
lat votuꝫ ſue religionis in quã ex
preſſe vouit caſtitatem: clericus
vero ſecularis tacite videtur vo-
uiſſe caſtitatẽ in aſſumptione ſa-
croꝝ oꝛdinum ꝛ ꝓpterea non eſt
adeo graue peccatum in eo qui
dicitur clericus ſecularis ſicut in
monacho qui eſt regularis: vt di-
cit Jo.de imo.in cle.ad noſtram.
d. hereti.qui dixit qꝺ monachus
de ſacrilegio: clericus vero ſiue
pꝛeſbyter de adulterio: ſtupꝛo: aut
ſimplici foꝛnicatiõe puniet.l.xxxij.
diſtin.pꝛeſbyter.ij.q.vij.c. paulus
3 alias latoꝛ. ¶†Sed cõtra pꝛedi-
cta eſt gloſ.not.in.l.ij.in fi.in ṽ.fi-
lij.C.de epiſc.ꝛ cler.que vult ꝙ fi-
lij clericoꝝ ſiue pꝛeſbyteroꝝ
poſt ſuſceptos ſacros oꝛdines ꝓ-
geniti dicunt̃ inceſtuoſi ex quo ſe
quit̃ quod exiſtens in ſacris etiaꝫ
per ſimplicẽ foꝛnicationẽ habitã
cũ muliere ſoluta ꝛ impudica di-
citur cõmittere inceſtum ratione
leſionis ſacroꝝ oꝛdinum ꝛ oẽs
filij inde ſuſcepti dicuntur ince-
ſtuoſi: quã gloſſ. tenet ꝛ ſequit̃ ibi
Barto. quam dicit eſſe notandã
Bald. ſimiliter ibi illam appro-
bat ꝛ alij docto. communiter: ſed
Pet.de bella perti. dicebat cõtra
ꝙ illi filij dicuntur ſpurij nõ autẽ
inceſtuoſi. Deinde Bal. dicit qꝺ
iſta.q. fuit in facto ꝛ reuocabatur
in dubium vtrum cum clerico in
ſacris fieret inceſtus: et demuꝫ cõ
cluſum fuit quod ſic per illaꝫ gl.
ꝛ quod in iſto crimine ceſſat abo
litio ſicut in coitu habito cuꝫ mo
niali ꝙ ſicut illa eſt ſpõſa chꝛiſti:
ita iſte eſt ſponſus eccleſie. ꝛ hec
ſunt verba Bal. in.d.l.ij. de qua
q. meminit et Bal. in.l. ſi quis ice
ſtu. C. de inceſt. nupt. ꝛ cũ illa gloſ.
tranſire videntur doc. cõiter de
iure ciuili: ſed ego reperio Jo.de
ana.in.c. ſignificauit. de adult. q
dicit quod illa glo. eſt valde peri
culoſa ꝛ repꝛobata de iure cano-
nico ꝛ quod ſacerdotes deberent
illam abꝛadere de libꝛo. C. qꝛ ipſe
tenet ibi ꝛ Panoꝛ. Jo.de imol. et
alij canoniſte communiter in.c.
vt clericoꝝ. de vit. ꝛ honeſt. cle-
ri. ꝛ Abb. in.c. at ſi clerici. de iudi.
quod clericus in ſacris conſtitu-
tus pro ſimplici foꝛnicatione nõ
qualificata hodie non dꝫ deponi
ſed ſuſpẽdi.xxxiiij. diſt. fraternita
tis. ſed ſi ex illo coitu oꝛiret̃ ince-
ſtus fieret depoſitio: vt late dixi-
mus ſupꝛa eo. titu.q.ij.ꝛ.iij. et per
Abb. in.d.c. at ſi clerici. Joan. de
imol. in.d.c. vt clericoꝝ. Hoſtien.
in ſum. in titu. de adul. in pꝛinci. ꝛ
Jo.de ana. in.d.c. ſignificauit. qꝺ
dicendũ Ego enim in hac reputo
ſaluo ſemp ſanioꝛi iudicio. ita eſſe
diſtinguendum quod aut nos ſu
mus in terris imperij: ꝛ tractatur
de ſucceſſione bonoꝝ que pꝛo-
pꝛie ꝑtinet ad ius ciuile: ꝛ iſto ca-

ſu tenerē gl. predictā ⁊ opi. Bal.
⁊ aliorum: ſi vero ſumus in terris
eccleſie ⁊ tenerem opi. canoniſta.
maxime qñ agitur de rebus eccle
ſiaſticis vel de puniendo pſonaȝ
clerici. arg. eorum que habenť in.
c. per venerabilē. qui fil. ſint legit.
c. ſolite. de maio. ⁊ obedi. ⁊. c. atſi
clerici. de iud. c. cuȝ contingat de
foro compet. cum ſimilibus.

## ¶ De Queſtionibus ⁊ tortura. Liber Quartus.

In ſuperiorib⁹ titulis vidim⁹
de pluribus
criminibus
reiſq; ipſorū
⁊ penis: ſȝ qꝛ
accidit qñq;
qḋ crimina ipſa nō ſunt bene pro
bata: ⁊ iudex non poteſt deuenire
ad ſniam nō precedēte rei confeſ
ſione vel apertiſſimis ꝓbationi-
nibus: vt. l. ſciāt cuncti. C. de ꝓba.
tñ contra ipſum reū multotiēs la
borat infamia ⁊ alia indicia vigēt
ꝓpter q̄ neceſſario deueniendum
eſt ad torturaȝ in qua vel neceſſe
erit reū ipſum cōfiteri crimen vel
ſaltim purgare indicia ⁊ ſuſpitio
nes que contra ipſum laborant.
Jō in preſenti libro de Queſtioni
bus ⁊ tortura ꝓ cōmuni maxime
iudicū cōmoditate aliqua breui-
ter exponem⁹ in qua materia do-
ctores ex antiquis atq; modernis
quidā in ordinarijs lecturis: qui-
dā vero in extraordinarijs cōpē-
dijs ⁊ tractatibus diuerſa cōmen
taria ediderant. ¶ Ego vero ne
aliorum relatione dictorū fruſtra
videar occupare membranas ea
duntaxat attingā q̄ vtiliora ſunt:
⁊ in quibus doctorū ſcripta ſilēt.
Jn alijs vero breuiter ⁊ remiſſiue
ad vlteriora procedā. Jnditiorūȝ
⁊ queſtiōis materia ad modū fre
quens eſt ⁊ in iudicijs practicabi
lis in cauſis criminalibus. Que
in iudicis arbitrio plurimū con-
ſiſtit: ⁊ iudices maxime iuniores
⁊ parū experti ſepe ſolent in iſtis
aliqua de neceſſarijs pretermitte
re aut vlterius quā iuris ſit proce
dere ꝓpterea materiā ipſaȝ vltra
alios clari⁹ ⁊ facilius ad cōmunē
practicā accōmodabo. ¶ Uidebi
mus enī primo qḋ ſit tortura ⁊ q̄
ſit. Queſtio ⁊ quō iſta differūt in-
ter ſe. ¶ Scḋo quot ſunt tormen-
torū ſpecies. ¶ Tertio qḋ ſit indi
ciū: ⁊ que ſunt legitima ⁊ ſufficien
tia indicia ad torturā. ¶ Quarto
quot ſunt gradus torture. ¶ Qui
to in quibus criminibus poſſit da
ri tortura. ¶ Sexto q̄ pſone poſ-
ſunt torqueri ⁊ q̄ nō poſſunt tor-
queri ⁊ quibus de cauſis vbi da-
bitur noua declaratio vltra oēs
doct. ad text. in. l. ſiquis in graui.
§. ignoſciť. ff. ad ſyllan. ¶ Septi-
mo loco videbimus an ⁊ quando
in paruis criminib⁹ poſſit infer-
ri tortura. ¶ Et quid in cauſa pe-
cuniaria. ¶ Et an ⁊ quando tor-
tura poſſit dari ꝓ pena. ¶ Et an
et qñ quis dicatur competenter
tortus ⁊ purgaſſe indicia. ¶ Et
quando ⁊ in quibus caſibus reus
poſſit repeti in tortura. ¶ Et qḋ
ſi reus moritur in tortura. ¶ Et
qḋ ſi nulla p̄cedebāt indicia ante
torturam. ¶ Uel ſi aderant non
tamen erant in actis deſcripta.
¶ Et an ⁊ quādo reus dicať legi

time tortus. Itē quid de cōfeſſio-
ne habita in tormētis vel timore
tormentoꝝ quando nulla ꝑcede-
bant indicia. ¶ Uel ſi ꝑcedebāt
in veritate non tamē apparebāt
in actis annotata an ſufficiat illa
confeſſio ad condemnandū reū
maxime ſi ratificata reperitur.
¶ Et quid ſi reus ante torturam
petijt copiam indicioꝝ que fuit
ſibi denegata qua nō obſtāte fuit
poſitus ad torturam ꝛ confeſſus
forte fuerit aliqua crimina nun-
quid illa confeſſio ſibi noceat.
¶ Et quid ſi aliquis ꝓpter priui
legiū etatem vel aliā iuſtam cau-
ſam de iure torqueri non poterit
ſi tñ fuerit tortus ꝛ confeſſus an
preiudicet ſibi illa cōfeſſio: ꝛ que
remedia dantur contra iudicem
iſtis qui ſic iniuſte torti fuerunt.

¶ Summarium.

1 Queſtio iudicialis quid ſit.
2 Interrogatio nuda vel leuis ter
ritio nō dicitur queſtio.
3 Tortura qd ſit ꝛ q̄re ſit inuenta.
4 Tortura qui differat a queſtiōe.
5 Tortura eſt via probationis ex-
traordinaria.

1 Primo igitur q̄ro † qd eſt q̄ſtio? Reſp.
q̄ſtio ꝓprie loquen
do eſt inquiſitio ve
ritatis ꝑ tormēta
ꝛ corporis dolo-
rē. ita dicit tex. in. l. itē apud la-
beonē. §. queſtionē. ff. de iniu. iū-
cta. l. j. §. q̄onē. ff. ad ſena. ꝯſul. ſyl.
ꝛ gl. in. d. l. j. in ver. necatorū. eo.
titu. Azo. aūt in ſum. de q̄ſtio. in
princ. dicit q̄ qō eſt inquiſitio
veritatis ꝑ tormēta. † Nuda ergo
interrogatio vl' leuis territio nō
2 dicitur q̄ſtio. d. l. itē apud labeo-
nē. §. queſtionem. in verſi. nuda.
per Azo. in. d. ſum. ꝛ tit. in princi.
qui dicit quod non debent quo-
q adhiberi tormenta quanta ac
cuſator vel iſtigator poſtulat aut
deſiderat: ſed vt moderate ratio
nis temperamenta deſiderant.
l. de minore. §. tormēta. ff. de que-
ſtio. Panor. vero. in. c. cum in cō
templatione. de regu. iur. in an-
tiquis. in princ. lectu. idem dicit
quod queſtio eſt indagatio veri-
tatis per tormentum: ꝛ appellat
queſtio a querēdo q̄ iudex ꝑ tor
mentū inquirit veritatē. ita dicit
ipſe Sali. autē in rub. C. de que-
ſtio. dat duas expoſitiones ſiue
diffinitiones ad iſtud verbum q̄
ſtio. ꝑma eſt quod queſtio eſt in-
quiſitio que fit ad veritatem per
tormenta eruendam ſecūda eſt.
¶ Queſtio eſt tormētalis inquiſi
tio veritatis: ꝛ iſta eſt breuior et
magis placet: q̄ omnes tñ deſcri-
tiones ſiue diffinitiones in effe-
tu tendūt i vnū qd qō ſit illa ida-
gatio quam facit iudex ad inue-
niendum veritatem ꝯtra reū in
tormentis exiſtentem dum patit
3 cruciatū in corpore. ¶ † Deinde
q̄ro qd eſt tortura? Reſpō. tortu-
ra eſt corporis cruciatus ad eruē
dam veritatem repertus: vt dicit
Panor. in. d. c. cū in cōtemplatio
ne. in prin. qui dicit etiam q̄ tor
tura ſiue tormentum dicit quaſi
torquens mentem: q: per crucia-
tū corporis mēs quoq torquet:
vt latius dicemus infra eo. tit. q.
iiij. i illo quarto gradu torture ꝛ
habetur. v. q. v. illi qui. i ver. vbi
religioſus tortor vt dū corpa pe-
nis ſubijciunt q̄ geſta ſunt fideli-
4 ter ꝛ veraciter exq̄rant. ¶ † Hec
eſt differētia inter vnum ꝛ alter:
q: vnum pertinet ad iudicem ſo-

lum:alterū vero pertinet ad reū ſolum.ſ.tormentū.ð.l.item apud labeonē.§.queſtionē.nihilominus ſepius ſolet vnum pro altero poni:vt no.in.ð.§.q̄ones ꝛ.v.q.v.illi qui.ꝛ per gloſſ.in.ð.l.ſ.in princi.ff.ad ſena.conſul.ſyllania.

5 ¶†Et nota hoc ꝙ tortura eſt remedium ſiue via extraordinaria ꝓbatiōis:vt dicit Bal.in.l.ſi q̄s alicui.C.ad leg.iul. maie.via eī ordinaria eſt illa que fit ꝑ teſtes ꝛ inſtrumenta:vt.l.ſciant cuncti.C.de ꝓba.cum ſimilibus.

¶Summarium.

1 Tormentorum ſpecies multe ſunt ꝛ diuerſe.

2 Gradus torture ſunt quinqꝫ.

1 SEcūdo q̄ro † quot ſunt tormētorū ſpecies. Reſpō.ꝙ multe ſūt ac diuerſe vt ponūt doct. maxie practici in eoꝝ tractatib9. Gādi.in ope ſuo mal.in tit.de q̄ſti.ꝛ tormē. Ang.de are.in ſuo opuſculo mal in gl.fama publica ꝓcedēte in verſic.tortura.ð. Frāc.brun.de ſancto ſeueri.i alio ſuo trac.malef.de indi.ꝛ tortu.in ij.parte. At ille in ſignis doc.modernus Bonon.ð. Hippol.de marſil.clari9 ceteris hec operuit in egregiis cōmentariis ſuis que nuper edidit ſuper notabili titulo.ff.de queſtio.in.l.j.in princip. vbi ponit quatuordecim ſpecies tormentoꝝ oēs diuerſas quorū plura fuerūt ab antiquis inuēta: quodam vero nouiter ipſe inueniſſe aſſerit prout eſt illud ſubtractionis ſomni q̄d in veritate perquā ſubtili ingenij acuitā adinuētū fuit:ꝛ ego ſemel illud expert9 fui Rome in quadā ardua cauſa duorū religioſoꝝ lꝫ alio modo ꝛ faciliori illo vſus fuerim:profecto vidi ea q̄ prius nō credebam quod illud affert maximum tormētū ꝛ faſtidiū in corpore abſqꝫ aliqua membrorum leſione:vide ð.Franc.brun.in materia pdicta in.ð.ſuo trac.de indi.ꝛ tor.in ij.parte. Alber.Gādi.in eodē ſuo trac.in titu.de queſtio.ꝛ tormen. Ange.de arct.in tracta.malef.in glo.fama publica in materia torture. Ant.roſel.ꝛ ð.Abb.in.c.cū in contemplatione.de reg.iur.in anti. Pari.de put.in tract. quem edidit de ſindica.in.c.tortura. el j.cum tribus ſequē.ð.. Boniſa.de vitelli.in trac.ſuo malef.in.ij.parte eundem dñm Hippolyt.de marſi.in practica ſua Auerolda nūcupata vbi copioſe tractat de hac tortura. Bar.in.l.j.in pnc.ꝛ §.diu9.ꝛ in.l.fi.ff.de q̄ſtio. Bal.in.l.ij.C.quoꝝ appella.nō recip.ꝛ in.l.milites.ꝛ in.l.fi.C.de queſtio ꝛ Salice.in.ð.l.fina.eodē titu.in quib9 locis oēs tractant de hac materia torture ꝛ modo torquendi.ꝛ Azo.in ſum.de queſt.in prin Iſtud tñ tormentū corde ſiue pendētis funiculi doc.cōiter ponūt pro magis cōi ꝛ conſueto quod in ſe ɔtinet plures gradus timoris doloris:ꝛ cruciatus qui adhibentur plus vel minus ſꝫ qualitatem facti perſonarum cōditionem ꝛ vrgentiam indiciorū ſm quod declarant prefati doct. in

2 locis ſupra notatis. ¶†Ego autē vltra alios ꝓ faciliori notitia iſtius practicabilis materie cōſideraui quinqꝫ eſſe gradus torture ſiue tormēti ſub hac ſpecie tormēti corde quibus rei diuerſimode cruciant plus vel minus gra

nius aut leuius iuxta qualitatẽ facti perſonarum conditionẽ τ et abundãtiam indicioꝝ: ſed ante ꝙ ad illoꝝ declarationem deueniaʒ diſcuſsiã primo que ſunt aut dicunt legitima indicia τ ſufficiẽtia ad torturam.

¶ Summarium.

1 Indicia ad torturaʒ ſufficiẽtia que ſint.
2 Indiciũ dupliciter conſideratur.
3 Indiciũ ſemiplenum et dubitatũ quod dicatur.
4 Indiciũ plenũ τ idubitatũ qd ſit
5 Fama dupliciter conſideratur.
6 Fama in homine quid ſit.
7 Infamia quid dicatur.
8 Fama vulgaris quid ſit.
9 Rumoꝛ quid ſit.
10 Suſpitio quid ſit.
11 Preſumptio in genere ꝙ dicatur.
12 Preſumptio diuerſimode conſideratur.
13 Fictio qualiter deffiniatur.
14 Argumentũ quid dicatur.
15 Adminiculũ in materia probationis duplex eſt.
16 Coniectura quid dicatur.
17 Ignorantia ſiue neſcientia quid ſit τ qualiter definiatur.
18 Erroꝛ quid ſit.
19 Veriſimile dr quaſi vero ſimile.
20 Notoꝛiũ quid dicatur.
21 Probatio quid ſit τ qualiter diuidatur.
22 Manifeſtũ τ euidens an τ qualiter differat a notoꝛio.
23 Probatio per euidentiaʒ facti ꝙ dicatur.
24 Indicia legitima ꝙ dicantur.

1 Tertio quero † ꝙ ſint legitima idicia τ ſufficiẽtia ad torturaʒ? ante quoꝛuʒ declarationem neceſſario vi
dendũ eſſe putaui quid eſt indicium: quid fama: τ quedam alia que precedunt inquiſitionem et
2 torturam. ¶ † Et primo dic quod
indicium duplex eſt ſm Bal. in
l. ea quidẽ. C. de accuſa. et Band.
i ſuo trac. mal. i ti. de pſump. et in
3 dic. dubitat et indubitat. ¶ † Indicium dubitatum ſiue ſemiplenum eſt preſumptio quedam fortiter mouens animuʒ ad aliquid credendum vel diſcredendum: τ hoc probatur in. l. cũ probatio. ff. de proba. τ per Band. in. d. ti. de
4 preſumpt. τc. ¶ † Indicium vero plenum τ indubitatũ eſt demonſtratio rei per ſigna ſufficientia per que animus in aliquo tanꝙ im propio exiſtente quieſcit τ plus inueſtigare non curat: τ hoc pbatur in. l. indicia. C. de rei vendica. τ per. d. Band. in. d. titul. vt ſupra Bal. in. d. l. ea quidẽ. in. ij. col. Sʒ qꝛ in cauſis criminalibus maxime qñ proceditur per inquiſitionem neceſſe eſt quod precedat infamia cõtra reum de crimine et quo reperitur inquiſitus: vt in c. qualiter τ qñ. τ ibi p oẽs ſcribẽtes de accuſa. ideo aliqua de fama τ infamia hic iſerere placuit τ dic ſm Bal. in. d. l. ea q̃dem. in
5 prin. qd. ¶ † Fama eſt duplex vna que eſt in homine. ſ. que inheret homini: altera ꝙ eſt inter hoies.
6 ¶ † Fama enĩ que eſt in homine vel que iheret homini eſt ſtat⁹ illeſe maieſtatis ac dignitatis moribus τ legibus cõprobatus. hoc pbatur in. l. cognitionũ genera. ff. de var. τ extraoꝛ. cogni. cui⁹ fame cõtraria eſt infamia ꝙ ſic dif
7 finit. ¶ † Infamia eſt priuatio fame contingentia ex accidẽti preter naturã: vel ſic infamia eſt de

ſcientia ſtatus ⁊ leſio maieſtatis ⁊ dignitatis. iſta videtur iudicio meo q̄ ſit melior diffinitur quam precedens: q2 per iſtam declarantur omnia cōtraria bone fame et per id quod diffinitur vnūquodq; q̄ contrarium per eis oppoſitum diffinitur ⁊ reliquū: vt probatur in l. j. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. ⁊ inſtit. eo. tit. in princ. ⁊ de iure perſo. in princ. ⁊ de tutel. ſimiliter in princ. ¶ Secunda dicitur fama que eſt inter hoīes que predicatur de aliquo hoīe ſeu alio facto: ⁊ hec dici pōt fama loquens que ſemper de aliquo loquitur: ⁊ ita diffinitur ſecundum Bal. in
8 d. l. ea quidem. ¶ † Fama eſt dictum gentium ſeu vulgi ex imaginaria opinione vel credulitate gentiū ſeu vulgi procedens que p̄batur in. l. de minore. §. tormenta. ff. de q̄ſti. ⁊ ſub iſta diffinitione tam bona q̄ mala fama cōtinetur. l. iij. §. idē diu9. ff. de teſti. ⁊ hec eſt illa fama que eſt p̄paratoria inq̄ſitionis non aūt prior de qua ſupra: ſed quia ſolēt quandoq; non certa fama: ſed rumor inſurgere in populo qui eſt minus q̄ fama ideo videam9 qd ſit iſte rumor.
9 ¶ † Rumor eſt furioſa proclamatio gentium et ſtrepitus multarū vocum. hoc probatur in. l. fi. ff. de heredi. inſtitu. et. l. miles. §. mulier. ff. de adulte. ⁊ iſte rumor eſt initiū fame et minus ea. ita dicit Bal. in. d. l. ea quidem. Quoniam vero ſunt plures gradus cognitiōis q̄n res eſt adhuc dubia anteq̄ perueniatur ad perfectā notitiam veritatis in quibus gradibus anim9 iudicis ſemper remanet titubans anteq̄ perueniatur ad vltimum firme credulitatis et certe ſcientie finē ſm notabilē doctrinam Bar. in. l. admonēdi. in iiij. col. ff. de iureiu. iō de ipſis gradibus cognitionis aliqua breuiter declarāda putaui: inter quos offert ſe mihi ſuſpitio: ideoque quero
10 qd eſt ſuſpitio. Reſpond. ¶ † Suſpitio eſt aliq̄lis applicatio animi ad aliquid cū vehementi titubatiōe: vel ſic. ſuſpitio eſt motus quidā mentis ad aliq̄d vehementi titubatione. probantur hec. ff. de teſta. l. de ſtatu. non tñ intelligas ſuſpitionem iſtā comprehendere ſuſpitionē tutoris vt intelligatur de illa q̄ ſi remouendus eſt a tutela vt ſuſpectus: quia illa eſt alia ſpecies ſuſpitionis. ita dicit Bal. in. d. l. ea quidē. per. l. impuberibus. §. fin. ff. de ſuſpect. tuto.
11 ¶ † Poſt hec ſuccurrit preſumptio: videam9 nunc q̄ eſt ⁊ quotu
12 plex ſit p̄ſumptio. Reſp. ¶ † Preſumptionum plures ſunt ſpecies quedā eīm eſt p̄ſumptio hoīs: alia eſt p̄ſumptio iuris: alia vero p̄ſumptio facti: alia autem preſumptio iuris et de iure ſiue iuris et facti: de quibus vide late Gand. in d. trac. ⁊ titu. de preſump. ⁊ indic. ¶ Preſumptio eīm hominis ſecūdū Bald. ibi eſt quidā cōceptus cauſatus in mente ab aliqua probabili coniectura: vt. ff. de verb. obli. l. continuus. §. cū ita. ¶ Preſumptio vero iuris ſimplex eſt ſimilitudo quedam ſufficiēs ad rē dubiam de qua creduntur credēda. C. de cōtrahen. ⁊ cōmit. ſtipu. l. j. ⁊. l. iuriſgentium. §. quod fere. ff. de pact. ¶ Preſumptio aūt facti eſt cū ex facti ſimilitudine aliq̄d demonſtratur qd animū vidētis ad illud dubitāter applicat. ¶ Preſumptio iuris ⁊ de iu

re eſt ſtatus a iure promulgatus
ex indubia coniectura. hoc pba-
tur in. l. cũ oſtendimus. in fi. ff. de
fideiuſſo. tuto. ſequitur nũc vide
13 re quid ſit fictio ⁊ dic qđ. ¶ † Fi-
ctio eſt falſitas pro veritate acce-
pta ex ſpãliſſima et iuſtiſſima cã
in iure expreſſa vt not. in. l. in bel
lo. ff. de capti. ⁊ poſtlim. reuer. et
l. ſi is qui p̱ emptore. ⁊ ibi late p
Bart. ff. de vſu cap. Argumentũ
14 autez ſic diffinitur. ¶ † Argumẽ-
tum eſt propoſitio ex aliquib9 exi
ſtentibus reſultans ad propoſitũ
reſpondendũ ſeu cõcludẽdũ. vn-
de quando plura indicia vel plu
res propoſitiones ſiue preſum-
ptiones teſtes vel coniecture ad
vnã ⁊ eandẽ concluſionẽ tendũt
ad effectum aliquid probandi il-
la coadunatio ſiue copulatio ex
pluribus in vnum dicitur argu-
mentum quod eſt proprie colla-
tio plurium diuerſoꝝ tendentiuz
ad vnam ⁊ candẽ concluſionem
vt in. l. iij. §. idez diuus. ff. de teſti.
⁊. l. diu9. ff. de cuſt. reo. ¶ † Aliud
15 indicium probationis ſiue cogni
tionis dicitur adminiculum: et
iſtud eſt duplex aliđ eſt. ¶ Admi
niculum vehemens: aliud vero
adminiculũ leue ſiue non vehe-
mens. ¶ Adminiculum enĩ vehe
mens eſt suppletio defectus pro-
bationis per ſe ſolum nõ opans
ſed cum alia p̱batione cooperãs
probatur hoc extra de ſucceſſ. ab
inteſta. c. fi. ⁊ l. c. fi. de iurein. ¶ Ad
miniculum non vehemens eſt
aliqualis pars confirmationis
veri tendens ad aliquid ſuſpen-
dendũ de defectu p̱bationis: et
talia adminicula per ſe ſola etiã
plura non ſufficiunt. vt. l. ij. §. ſ. ff.
de excuſa. tuto. ſequitur modo
16 cõiectura q̃ ſic diffinitur. ¶ † Cõ-
iectura eſt acceptio ſeu reputa-
tio veri ex aliquib9 ſignis extrin-
ſecis proueniens per que deueni
tur ad veꝝ ſicut per circulum cõ-
iecturamus tabernã dicit Bald.
ibi. ⁊ per habitum diſtinguimus
meretricem. l. item apud labeo-
nem. §. ſi quis virginem. ff. de in
iur. ⁊ habetur in. c. in nonnullis.
extra de iudeis. his omnibus op
poſita ſunt neſcientia ſiue igno-
rantia ⁊ error q̃ neſciẽtia ſic diffi-
17 nitur. ¶ † Neſciẽtia ſiue ignoran
tia eſt intellectus non determi-
nans ſe ad veꝝ vel falſum. Error
aũt eſt priuatio intellectus deter-
minati ad verum ⁊ auriga tendẽ
18 tis ad falſuz. vꝫ ſic. ¶ † Error eſt
priuatio veritatis cauſata in in-
tellectu p̱ falſaz imaginationem.
vt p̱batur. ff. de teſta. l. đ ſtatue. ⁊
ff. de iuriſ. om. iudi. l. ſi p̱ errorem
et. l. ſiquis nec cãm. eo. tit. videa-
mus nũc de veriſimili ⁊ nõ veriſi
19 mili ⁊ dic breuiter qđ. ¶ † Veriſi-
mile eſt id quod veꝝ videtur ⁊ eſt
vero ſimile vt. ff. d eadul. l. miles.
§. mulier. ¶ Non veriſimile ve-
ro dicit illud quod a vero eſt mul
tum diſſimile. vt. ff. qđ met. cau. l.
non eſt veriſimile. in princ. vbi fit
mentio etiam de p̄ſumptione iu-
ris tantum ſiue hois: ſed credo
potius quod illa ſit q̃dam leuis
preſumptio. Poſtq̃ vidimus de
gradibus probationis per quos
aſcenditur ſiue peruenit ad ple-
nam p̱bationem ⁊ certam fidem
credulitatis: videamus nunc de
ipſa certitudine veritatis: et q̃ro
quid eſt notoriũ generaliter? Re
20 ſpond. ſm Bal. ibi. ¶ Notoriuz
eſt cõio et indubia certitudo rei
de qua queritur indubiam fidem

faciēs an ⁊ q̄ſi quid dicatur eſſe notoriū: ⁊ quot homines faciunt notorium vide Bald. ibi qui refert quoſdam tenuiſſe qꝺ maior pars populi facit notoriū ⁊ quod in aliqua villa ſiue paruo caſtro minor numerus hominum facit notorium ꝙ̄ in ciuitate: ⁊ ideo dicit ſm Alber. de gandi. quod ad ſciendum quot homines faciunt notorium hoc eſt arbitrarium: q2 iudex arbitrabit̄ quot homines faciunt notoriū de qua materia: vide latiſſime per cano. in d. c. q̄liter et quando. de accuſa. Videamus modo quid eſt probatio intelligēdo de plena ⁊ perfecta ꝓbatione q̄ ſic diffinitur ſm Bal.
21 ibi. ¶ Probatio eſt actus rē dubiam in lucem cognitionis educens: et hoc notatur. C. de proba. in rubr. et ibi Bald. Succedit altera ſpecies probationis et cognitionis veritatis q̄ dicitur euidens ⁊ manifeſtum. iſta duo differunt inter ſe ⁊ differunt etiam a notorio vt infra dicam. ¶ Euidēs ita diffinit̄ euidēs eſt quod manifeſte liquet ſm Bal. in d. l. ea quidem. c. ſi forte. de elec. lib. vi. ⁊ eſt ſatis diuerſum a manifeſto ⁊ plꝰ eſt quam manifeſtum. euidens enim illud eſt quod palam eſt oculis et ſemper apparet. ff. de cōtrahen. empt. l. ea que. l. nō codiciliū. C. de teſta. ⁊ in c. euidentia. de accuſa. ij. q. j. c. vt euidenter. ¶ Quod eñ in euidenti eſt nulla poteſt tergiuerſatione celari et nullam optat probationem extra de cohabi. cleri. ⁊ mulie. c. fin. vide que not. per Archi. in c. cuꝫ ſi forte. de elec. lib. vi. Bald. eñ in d. l. ea quidē. diffiniuit manifeſtū: ſed diffinitio ſua mihi non placet. dicit enim quod manifeſtum eſt illud ꝙ euidenter apparet ſequeretur ergo quod manifeſtum eſſet idem quod euidens ⁊ tamen eſt ſatis diuerſum vt ꝓxime dixi: ⁊ dicam infra quod minus eſt manifeſtum quā euidēs: ſed ſecundum diffinitionē Bal. idem eſſet manifeſtum quod euidens ideo putaui ſic eſſe diffiniēdum. Manifeſtum eſt demōſtratio quedam ex qua vehementer animus dubius informatur ad aliquod non tamen tollitur tota
22 dubietas. ij. q. j. de manifeſto. † et hinc eſt quod dicitur manifeſtuꝫ indiget probatione. xi. q. iij. c. eorum. euidens autem nulla indiget probatione: vt. d. l. ea que. ff. de actio. empt. vide Joan. and. in c. conſtitutuꝫ de ver. ſign. lib. vi. et text. not. in l. quoniam ſororem. C. de iur. delib. vbi de vtroqꝫ fit mentio: tamen euidens ponitur pro magis claro quam manifeſtum: vide. d. Alber. de roſa. in d. ſuo in litera. e. in ver. euidens. el primo ⁊ ij. Bal. tamen in d. l. ea quidem. aliam ponit differentiā inter iſta duo dicens quod euidens dicitur id ſolum quod apparet per oculorum inſpectioneꝫ vt. ff. fini. regū. l. ſi. irruptione. §. ad offi. ⁊ idem Bal. in rub. C. de
23 probat. dicit † ꝙ illa dicitur probatio per euidentiam facti quādo res ſubijcitur oculis iudicis. Manifeſtum autem largius dr̄ ſ. omne id quod nobis innoteſcit per quecunqꝫ ſenſum corporis. ſ. viſum auditu ſicut eſt ſonꝰ cāpane aut talium ſenſum: vt. l. j. §. occiſorum. ff. ad ſylla. de quibꝰ ſenſibꝰ habetur in l. eum. §. penulti. ff. de aquir. poſſ. ¶ Differūt etiaꝫ iſta duo

iſta duo ſecundum ipſum a notorio: quia manifeſtum vel euidēs eſt illud quod vni tantū vel pluribus patet: notoriū autem eſſe nō poteſt niſi toti populo vel maiori parti publice innoteſcat vt ſupra late dixim⁹ ⁊ no. in. c. veſtra. ⁊ ibi Inno. de cohabi. cleri. ⁊ mulie. ¶ Et per hec ſum expeditus de iſtis gradibus ſeu adminiculis probationis ac de ſpecieb⁹ plene. ſeu perfecte probationis qui quidem gradus ⁊ adminicula ꝓbationis a quibuſdam appellātur indicia non plena ⁊ dubitata per que animus iudicis deducit quandoqꝫ in ſuſpitionem quandoqꝫ vero in opinionem que magis eſt ꝓpinqua indubitate fidei ꝙ ſuſpitio ſecundum Bar. in. d. l. admonendi. ff. de iureiu. ex quibus tamen indicijs dubitatis nō datur iudici indubia fides et firma credulitas: ſed quedam ſuſpitio quandoqꝫ ex qua iudicis mēs ſatis dubia reperitur: ⁊ iſto caſu non facile deueniendum eſt ad torturam maxime ſi perſona ſit honeſte conditionis: qꝛ iſta ſuſpitio eſt primus gradus probationis ⁊ minus quam ſemiplena ꝓbatio ſecundum Bart. in. d. l. admonendi. in glo. mag. Quandoqꝫ vero indicia ſunt talia que adducunt animū iudicis in opinionē que eſt ſecundus gradus probationis ſecundū Bar. ibi. ex qua animus iudicis multū dependet in illa parte non tamen eſt plene cert⁹. ⁊ ideo iſto caſu deueniri ſolet ad torturam que datur in ſupplemētum probationis in cauſis criminalibus quādo veritas aliter haberi nō poteſt vt per Bar. in. l. fi. ff. de queſtio. qꝛ tormentū



illud fuit inuentum cauſa neceſſitatis ⁊ in ſupplementum probationis: vt dixi quotieſcunqꝫ reus eſt valde ſuſpectus contra quem laborant indicia vt dicit Panor. in. d. c. cū in contemplatione. in princi. de reg. iur. ⁊ Bal. in. l. ij. C. quor. appel. non recip. idē Bal. in. l. milites. ⁊. l. fin. C. de queſtio. Bar. in. l. ij. in princ. ⁊. §. diu⁹. ⁊. l.
2 4 fi. ff. de queſt. ¶ † Que autē dicūr eſſe legitima indicia dic quod illa ſunt que ſunt ꝓxima facto ꝙ quāto ꝓpinquiora ſunt tāto ſunt meliora. l. ſ. §. preterea. ⁊. l. de minore. §. tormenta. ff. de queſti. et ibi per moder. Que autē indicia dicant eſſe ſufficiētia ad torturam certa regula tradi nō poteſt: ſed hoc relinquitur arbitrio ⁊ diſcretiōi boni iudicis ſecundū qꝺ dicit Azo. i. d. ſum. de queſtio. vbi dicit ꝙ nō debet iudex reo adhibere tormēta quanta accuſator expoſcit: ſed quanta moderate rationis tēperamēta deſiderāt: idē dicit Barto. in. d. l. fi. ff. de q̄ſtio. i prin dicit tñ Abb. in. d. c. cum in cōtemplatione. quod licet ſup hoc an ⁊ q̄ñ indicia dicantur eſſe ſufficientia ad torturā certa regula tradi nō poſſit arg. l. teſtiū. §. tu magis. ff. de teſti. ⁊. l. de minore. §. fi. ff. de q̄ſti. tamen dicit ꝙ omnes doc. tenent ꝙ vnus teſtis de viſu facit indicium ad torturā: intellige tñ quod ſit teſtis fide dignus nō ſuſpectus ⁊ omni exceptione maior ſecundū qꝺ dicit Bar. in. d. l. fi. ⁊ Bal. in. d. l. ij. ⁊ ita cōmuniter tenēt doc. Bon⁹ itaqꝫ ⁊ diſcret⁹ iudex cuncta circumſpiciet: ⁊ iuxta criminis qualitatem facti cōtingentiam conditionem perſone ⁊ abundantiam indiciorum conſi-

derabit an ad torturam ipſaz de
ueniendum ſit:ꝛ caſu quo ad illā
deueniri contingat iterum matu
rē cōſiderare debet qua grauita-
te leuitate vel moderamine ve-
niat inferenda iuxta notata per
Azo.in.d.ſum.de queſtio.ſ. quan
tum moderate rationis tempe-
ramenta deſiderant. aliter enim
ſunt torquendi iuuenes robuſti:ꝛ
alio modo debiles delicati vel ſe
nes:alio modo ruſtic9 vel miles:
ꝛ alio modo ciuis:alio modo no
bilis:ꝛ alio mō ignobilis ꝛ ple-
beus.l.de minore.§.tormenta. ff.
de queſtio.ꝛ.l.ſ.§.fi.eo.tit..Bart.
in.d.l.fi.eo.tit..Bald. in.d.l.ij.C.
quor.appel.nō reci.ꝛ idē Bal.i.
l.milites.ꝛ.l.fi.C.de q̄ſtio. Abb.i.
c.cū i ꝯtēplatiōe.de re.iu.i.antiq.

¶ Summarium.

1 Tortura multos grad9 ha-
bere dicitur.
2 Torture primus gradus q̄s ſit.
3 Tortura dicitur a terrendo.
4 Primus grad9 torture non dici
tur ꝓprie tortura:ſ; poti9 terror.
5 Torture ſecūdus gradus q̄s ſit.
6 Tortura leuis ꝓ nulla ē habēda.
7 Tortura leuis non impedit gra-
uiorem nouis ꝛ vehemētibus in
dicijs accedentibus.
8 Priuilegium de ſe non torquen-
dis habentes quibus tormentis
ſubijci poſſint.
9 Torture tertius:quartus:et quin
tus gradus qui ſint.
10 Tortura in quīto gradu dicitur
grauior: pena q̄ vtriuſq; manus
abſciſſio.
11 Tortura quo remedio noceri nō
dicatur.
12 Maleficia contra torturas ad-
inuenta / alijs remedijs repelli
poſſint.

1 Quarto nunc ꝛ videndum eſt de iſtis quin-
q; gradib9 torture de
quibus. ſ. fit mentio
quomodo cognoſcū-
tur ꝛ qualiter inferunt? Reſpōd.
declarando primum gradum in-
cipiemus a minori vel īfimo aſcē
dendo veluti per gradus ſcalaꝝ
reducendo materiam ad practi-
2 cam dico qd. ¶ Primus ſiue in
fimus gradus torture eſt territio
illa quam infert iudex reo quan-
do illū cognoſcit ſuſpectū tamen
indicia nō adſunt talia vt torque
ri poſſit:iſto caſu iudex mandat
quandoq; reū ipſuz ſpoliari liga
riq; ꝛ in ordine poni ac ſi vere tor
quēd9 eſſet ꝛ quādoq; ligari mā-
datur ad funiculum :ita vt nihil
aliud deficiat q̄ ſola eleuatio et
hoc ſit ad incutiendum timorem
reo vt facilius fateatur ſtantib9
maxime iudicis perſuaſionibus.
Et iſta proprie non dicitur tortu
ra:q2 vere corpus nō torquet nec
ſentit dolorem:ſed poti9 eſt qui-
dam mētis timor ſm Bal.in.d.
l.ij.quor.app.ꝛc.ꝛ in.l.ſi.C.de cō-
feſ.vbi dicit quod cōfeſſio facta
a reo in iſtis preparatorijs tormē
torum cuz ſit facta ꝛ extorta pro-
pter timorem tormentorum indi
get ratificatiōe ac ſi facta fuiſſet
in plenis tormentis alias nūquā
ſufficeret ad condēnationē. vide
Ang.ꝛ Sali.in.d.l.ij. ꝛ Sali.in.l.
fina.C.de queſtio..Bart.in.l.ſ.§.
ſi quis vltro.ff.eod.titu.vide not.
tex.in.l.ij.C.de cuſto.reo.q̄ loqui
tur ꝓprie de hac ratificatione q̄
ſit apud acta ſub publico teſtimo
nio.ꝛ dicit Imperator ibi q; iſto
modo freni iquidez temperies iu
dicibus immodice ſeuiētib9 ad-

bibetur. Iſte autem actus vt dixi
non poteſt dici proprie tortura vt
proxime diximus: ſed appellatur
proprie tertio ſiue terror tormen-
3 torum. ¶ †Largo vero ſumpto
vocabulo ⁊ improprie poſſet di-
ci tortura prout quidam deſcri-
pſerunt hoc nomen tortura que
dicitur a terrendo: ſed iſto modo
terretur ergo ⁊c. vel dicas quod
licet corpus vere non torquetur.
animus tamen bene torquetur:
⁊ timorus patitur cruciatum: ⁊ ſic
largo modo dici poteſt tortura.
4 ¶ †Et nota quod iſte terror ſiue
primus gradus incuti ⁊ experiri
poteſt contra quoſcunq; etiam
contra eos qui de iure torqueri
non poſſunt aliqua de cauſa vt in
fra lati9 dicetur in .xj. q. vel quã
do deficerent indicia ꝓpter que
torq̃ri deberet vel qualibet alia
iuſta de cauſa ad torturam deue
niri non poteſt ad iſtum gradum
deueniri poterit ſecundũ Bal.
in .d. l. ij. in ver. quero quandoq;
⁊c. vbi dicit quod illi qui de iure
torqueri non poſſunt poterunt
bene terreri. iſte enim primus ſi-
ue infimus gradus torture nõ ſo
let adhiberi robuſtis verſutis at
q; doloſis viris: ſed debilibus ti-
midioribus puſillanimis: atq; de
licatis quoties contra ipſos mi-
litarent alique preſumptiones et
coniecture ſiue indicia leuia.
¶ Et licet interdum eſſent plura
indicia multotiens tamen cum
iſto infimo gradu ab hominibus
ſimilis conditionis ſolet extor-
queri confeſſio abſq; eo q̃ ad vl-
teriora procedatur: vt ſepius ex-
pertus fui in facto de quo infimo
gradu fit ſepius experientia i ro-
buſtioribus ⁊ magis cautis: quo
ties vt dixi nõ militãt plena indi-
cia vide .d. ꝑar. de put. in dicto
ſuo tract. deſendẽ. in .c. aduerten-
dum. ⁊ Bald. in dicta .l. ſecunda.
5 ¶ †Secũdus gradus torture eſt
cum reus ligatus eleuatur modi
cum ſupra terram paruo momen
to detinetur eleuatus ⁊ protinus
deponitur: vel cum detinetur ſu-
ſpenſus ſpacio dicendi Aue ma-
riam: vel Pater noſtrum aut
vnũ miſerere iuxta qualitatem fa
cti ⁊ perſonarum cõditionẽ: dein
de deponit abſq; aliquo impul-
ſu quaſſatione vel tractu corde: ⁊
hec dicitur leuis tortura ad quã-
deueniendum eſt quotieſcunq; in
dicia quedam appareat aliquali
ter probata: ⁊ reus eſt magis ſu-
ſpectus. Indicia tamen ipſa non
ſunt plena ſatis ad inferendum
plenã torturã: puta ſi eſſet vn9 te-
ſtis de viſu deponens: tamen nõ
eſſet omni exceptione maior vel
duo teſtes de auditu ab alijs: nõ
autem ab ipſo reo: ⁊ ſimiles pre-
ſumptiones vel indicia nõ plena
ꝑcedente tamen ſuſpitione con-
tra perſonam ipſius rei: vt proxi-
me dixi. ¶ Et iſta eſt illa leuis tor
6 tura de qua loquitur Bald. in .d.
l. ij. C. quor. appel. ⁊c. vbi dicit ꝙ
quemadmodum leuis febricula
non dicitur febris et infirmitas
talis que preſtet impedimentum
ad comparendũ ſicut eſt vera fe
bris que hominem ſternit. vt. l. ob
que vitia. §. fin. ff. de edil. edic. ita
iſta leuis tortura non dicitur tor-
tura ſiue tormentum ex quo cau-
ſetur dolor mentis ⁊ corporis cru
ciatus: ſicut in tortura ordinaria.
7 ¶ †Et nota q̃d eſt magni effect9
iſta doctrina ex qua infertur q̃d
quotieſcunq; contra reũ militant

legitima indicia ex quibus de iu
re quis torqueri poteſt ſi fuerit ſe
mel iſto modo leuiter tortus non
obſtabit quo minus poſſit iteru3
grauius torqueri ex eiſdem indi-
cijs τ tunc ſecunda vice dicetur
cōpetenter tortus: nec propterea
reus conqueri poterit quod fue-
rit repetitus in tortura abſq3 no-
uis indicijs iuxta ea que haben-
tur in.l.repeti.ff.eode3 titulo. de
queſtio. quia iſta non dicitur ꝓ-
prie repetitio ex quo ꝑma nō fuit
habita pro tortura p ea q̄ ſupra
diximus: ita etiam ſentit Barto.
in.l.fina.τ.l.repeti.ff.de queſtio.τ
Bal.in dicta.l.ſecunda.C.quor.
app.τc.Angel.de aret.in.d.gloſ.
fama pub.in ver. quid ſi aliquis
fuit tortus.ſed leuiter τc.Hippo.
de mar.in dicta.l.j.in prin. τ.l.re
peti.Paris.de pu.in.d.trac.in.c.
ſequitur modo Franc.bru.Bād.
τ ceteri doc.in locis ſupra nota-
8 tis.¶ Quidam tamen dixerūt
arguentes ex dicta doctrina Bal
di de qua ſupra quod illi etiam
qui aliqua ex cauſa vel priuilegio
torqueri non poſſunt poterūt ta-
men tormento iſtius ſecundi gra
dus ſupponi abſq3 piculo ex quo
iſta leuis tortura non dicitur tor-
tura ſicut leuis febricula non di-
citur febris dicta.l.ob que vitia.
¶ Ego tamē de veritate iſtius di
cti alias dubitaui: nec videtur eſ
ſe bona conſequentia de leui fe-
bricula ad leuē torturā: q2 eſt di-
uerſa ratio in vno quam in alio:
ibi eni3 in dicta.l.ob que vitia ex
cuſatur a comparendo in iudicio
ille q̄ propter febri eſt impedit9:
τ nō poteſt ambulare foris: quia
non exit de lecto nec de domo:
is vero qui patitur quartanam
febrim: aut aliam leuem febricu-
lam quam non curat: nec propter
illam remanet quin vadat foris
per omnia loca ſaltim in Ciuita-
te. Ex quo enim vadit per vrbem
ſicut vadit per alia loca: ita veni-
re poteſt ad curiam τ coram iudi
ce: quia ratio illa impedimēti de
qua in dicta.l.ob que vitia.in pn.
ceſſat in eo qui patitur leuē febri
culā: ideo in eodē ceſſat legis ex-
cuſatio: ſed hic in leui tortura fie-
ri non poteſt quod corpus nō tor
queatur nec patiatur aliqualem
dolore3 licet ſit leuis dolor: dolor
eſt: τ infert iniuria dignitati: vel
innocentie ipſius rei: quia tortu-
ra vt diximus ſupra eo.titulo. q.
prima eſt cruciatus quidā in cor-
pore τc. cum igitur per hanc leuē
torturam inferatur in corpore di-
cti rei aliqualis cruciatus: non
poteſt dici niſi q̄ illa ſit tortura et
quod ille ſit tortus quamuis le-
uiter. ¶ Et ideo ego nunquam
conſueui ad gradum iſtum deue-
nire niſi qn̄ ꝓcedūt indicia τ ſunt
bene probata: tamen ſunt indicia
aliquantulum remota a facto et
perſona eſſet vtilis τ ignota, τ val
de ſuſpecta de crimine aut in re-
ſponſionibus ſuis varraret: τ alijs
huiuſmodi ſuſpitionibus prece-
dentibus.l.de mino.§.tormenta.
in fin.ff.de queſtio.et per Bald.
in dicta.l.ſecunda.Bartol.in di
cta.l.finali.τ Panormi.in dicto.
c.cum in contemplatione. Si au-
tem eſſet vir nobilis aut honeſte
familie τ conditionis ad hoc nō
deuenirem regulariter: niſi prece
dentibus legitimis indicijs τ be-
ne probatis iuxta nota.per Bar
tol.in dicta.l.fina.ff.de queſtio.τ
per alios in locis ſupra notatis.

¶ Cõfeſſio ſimiliter facta i iſtis
leuib⁹ tormẽtis indiget ratifica-
tione: ſicut illa q̃ eſt facta in ple-
nis tormentis: vt ſupra diximus
in precedẽti gradu: ⁊ notabiliter
in dicta .l. ſecunda. C. de cuſt. reo.
9 ¶ Tertius torture gradus eſt cũ
reus ſuſpenſus detinetur in tor-
tura ſpacio dicendi vnum miſere
re vel duo aut aliquantulũ plus
abſq; tamen aliquo tractu vel im
pulſiõe chorde q̃ infertur ad ma-
iorem cruciatum ⁊ ad iſtũ gradũ
aſcendet iudex quotieſcunq; re⁹
eſt magis de crimine ſuſpectus:
⁊ indicia contra ipſum tendẽtia
ſunt plene ꝓbata: delictũ tamen
non eſt de atrocibus vt eſt furtũ
modici valoris vulnus non leta-
le ſeu aliud crimen capitale vt. l.
ij. ⁊ ibi Barto. ff. de pub. iudi. vel
quando delictum eſſet grauius ⁊
indicia magis aperta perſona ta
men eſſet talis nobilis vel alias
eſſet honeſte familie ⁊ alias bone
cõditionis ⁊ fame ⁊ nõ aſſuetus i
ſimilibus cõmiſceri cum quo mi
nus ⁊ magis temperate agendũ
eſſet non excedendo iudex iſtum
gradum torture non credo q̃ poſ
ſet reprehendi arg. l. non omnes.
§. a barbaris. ff. de re mili. l. in ſer
uor. ⁊. l. reſpiciendũ. §. delinquũt
ff. de pen. l. quid ergo. §. pena gra
uior. ff. de his qui not. infam. ⁊. l.
teſtium. §. tu magis. ff. de teſtib.
¶ Quartus torture gradus dice-
tur quotieſcunq; reus poſt eleua
tionem diutius ſuſpenſus in tor-
tura detinet: vtz ꝑ quartã tertiã
mediã ve partẽ vel duas tertias
vnius hore aut per integram ho
ram ſecundũ grauitatem crimi-
nis ſuſpitionẽ rei ⁊ vires indicio
rum quãdoq; in ipſo detentionis
ſpacio adhibẽtur vnus duo aut
plures ictus ſine tractus corde
ad maiores cruciatus inferendũ
in corpore maxime quando indi
cia ſunt pregnantia. Reus eſt ſu
ſpectus multũ ⁊ habet mẽbra
robuſta ⁊ crimen eſt graue ex ſe
etiã q; iſta oia nõ cõcurrant: ſi tñ
maior pars concurrit ſufficit vel
quoties ſcandalũ nõ modicũ ge
neraret vt eſt furtũ magne rei ſa
cre vel aliud turpe ſacrilegiũ: vel
ſacramentorũ abuſus aut homi-
cidiũ graue vel falſitas lr̃arum
apoſtolicarũ ⁊ ſimilia indicia: vt
diximus eſſent vrgentia ⁊ bene
ꝓbata vt puta vnus teſtis omni
exceptione maior de viſu ipſi⁹ fa
cinoris deponẽs aut duo ſeu plu
res teſtes alia ꝓbantes, indicia ⁊
circũſtantias neceſſarias ipſius
criminis ſecũdũ quod latius de-
clarat do. Alber. gãd. i. d. ſuo tra.
malẽ. in tit. de preſump. ⁊ indic. du
bit. ⁊ indubit. Bar. in. d. l. j. §. fi. ⁊
l. fi. ff. de queſt. Bal. i. l. milites. §.
oportet. C. eo. tit. idẽ Bal. in. d. l.
ij. C. quor. ap. ⁊c Bal. Ang. ⁊ Sa
lic. in. d. l. ea quidem. C. de accuſ.
canoniſte in. c. qualiter ⁊ quãdo.
eo. titu. ⁊ in. c. cum in contempla-
tione. de reg. iu. in antiq. ¶ Quin
tus ⁊ vltim⁹ torture gradus ſuc-
cedit q̃d eſt iſtud quotieſcũq; poſt
aliquam ſuſpenſionis detentio-
nem ⁊ ictus ſine tractus corde ſi
reus adhuc pertinax in eius ne-
gatiua ſtiterit ⁊ torturã huiuſ-
modi ſpernere videref ꝑ grauio
ri cruciatu ad pedes ipſi⁹ rei tor-
quendi ſubijciũtur pondera que
dam pendẽtia vt ſunt compedes
ferree: lorica aut aliud ſimile põ-
dus: ⁊ cum põdere ipſo ſuſpẽſus
detinetur: vel ictib⁹ cruciatur: et

iſtud eſt ſeuiſſimū genus tormen
ti:ꝛ dicunt doc. q̄ ſcripſerunt de
hac materia: quod tunc corpus
ipſius rei dilaniatur: mem  raꝗ
ꝛ oſſa quodāmodo diſſoluunt:et
19 euellūtur a corpore:tn hec dr gra
uior pena q̄ vtriuſqꝫ manus ab
ſciſſio:vt dicit text.in aut.vt nul
li iud.§.q2 vero. ꝛ dicit Caſſiod.
in lib.variarum epiſtolarū.vt re
fert.d.Par.de put.in ſuo tracta.
ſind.in.c.tortura el.ij.fo.113.epi
ſtola.xlix.facili9 eſt a te mortē ex
petere q̄ tormētoꝝ crudelia ſub
ſtinere inter ſupremas anhelit9
anguſtias melius eſt perire quā
viuere:ꝛ deteſtabilis ſenſus pena
rum excludit dulciſſime ſalutis
affectum:iſte vltimus gradus et
modus torquendi raro fit: ꝛ iu
dex haud facile ad illū deueniet
niſi in certis caſib9 ꝛ criminibus
atrociſſimis:vt eſt in hereſis ꝛ cri
mine leſe maieſtatis euerſionis
ſtat9 aut ſimilis proditionis .vbi
de totius patrie aut multoꝝ ſa
lute tractatur:aut cū ageretur de
ingēti aſſaſſinio enormiſſimo ho
micidio ſacre perſone vel de mor
te alicuius Cardinalis ſeu alte
rius magni Principis:vel cōtra
maleficū aut mathematicum in
quibus criminibus nullū pdeſt
priuilegiū dignitatis vt.l.ſi quis
alicui.C.ad leg.iul.maieſt.ꝛ.l.ꝛſi
excepta.C.de malef.ꝛ math.l.ma
nicheos.ꝛ.l.ariani.C.de heret.c.
ad abolendā.eo.tit.ꝛ ſimilib9 nec
tūc etiam niſi indicia eſſent adeo
clara ꝛ pregnantia vt nil deeſſet
niſi rei ꝯfeſſio vt.l.milites.§.opꝫ
ꝛ ibi Bal.C.de queſtio.Bal. in
l.q̄ſq̄s.C,ad leg.iul maie.ꝛ Bal.
Ang.ꝛ Salice.in.l.ea quidem .C.
de accu. Bar.in.d.l.fi.ff.de que
ſtio.ꝛ.l.j.§.fi.eo.titu.Par.de put.
in.d.tract.de ſind.c.tortura. ꝛ.c.
aduertēdū.ꝛ alios moder.i locis
ſupra notatis.¶ Nōnulli tñ re
periunt adeo terribiles ꝛ robuſti
qui nullum timent dolorem neqꝫ
cruciatum aliquē ſentire vident
in corpore etiam ſi mille tracti
bus quaſſarent:quod pluribus
modis cōtingere ſolet:quidā em̄
robuſtitate corporis ꝛ brachioꝝ:
alij vero leuitate qui leui ponde
re comprimuntur . quidam alij
mēbrorum agilitate quorum bra
chia ex modica eleuatione ex re
tro antea reſoluuntur ſupra ca
put directo tēdūt adeo quod leuē
aut nullū cruciatū ſentire vidēt.ꝛ
ego alias in facto habui .¶ Qui
dā alij reperiunt qui cum diabo
licis ꝛ ſortilegijs ꝛ incantationi
bus malefice artis de qua ſupra
diximus late in.ij.lib.in.vj.ꝛ.vij.q.
adeo corroborantur in corpore vt
ſubſtineantur in aere aut graui ſo
pore detinēt oppreſſi poſtq̄ ſunt
eleuati vt nullū penitus dolorē
patiant i corpore ꝛ hoc appellāt
quidam maleficium taciturnita
tis ſiue inſenſibilitatis:ex quo in
ducitur tutela quedam (vt aiūt)
aduerſus ipſam torturam quod
reus ipſe nullū dolorē patitur de
quo alias diximus ſupra.d.lib. ij.
ꝛ ego alias plures expertus ſum
in facto vt infra dicā ꝛ a pluribus
huiuſce artis malefice magiſtris
referri audiui q̄ varijs modis et
per diuerſa malefica verba ꝛ in
ſtrumēta id expetunt ꝛ obtinent
quod qualiter fiat referre nō ex
pedit q2 fieri nō poſſet abſqꝫ ſacre
11 chriſtiane fidei euerſiōe.¶ Di
xit tñ Alber.magnus in li.quē edi
dit de ſecre.natu.quod lapis q̄dā

meſites nuncupatus qui oritur ex ciuitate que dicitur meſis in partibus orientalib9 contritus ⁊ aqua aut vino commixtus datus ꝗ ad potandum illi qui torquendus eſt inducit inſenſibilitatem pene et cruciatus: vt refert Par. de put. in: d. trac. ſindi. in. c. tortura lo ſecũdo. ¶ Quidã alij dicũt verba que ſequuntur. vꝫ. Impari bus meritis tria pẽdent corpora ramis. Diſmas ⁊ Geſtas in medio eſt diuina poteſtas. Diſmas dãnatur geſtas ad aſtra leuat. Alij etiam dicunt verba prophete. Eructauit cor meum verbum bonum veritatẽ nunꝙ dicã regi. Alij vero dicunt quemadmoduꝫ lac beate glorioſe marie virginis fuit dulce ⁊ ſuaue domino noſtro Jeſu Chriſto: ita hec tortura ſiue corda ſit dulcis ⁊ ſuauis brachijs ⁊ membris meis. ¶ Quidam alij dicunt illa verba que domin9 noſter Jeſus Chriſtus dixit tempore paſſionis. videlicet a principio ſue capture queꝫ queritis ⁊c. vſꝗ ad extremum vite ⁊ vltimum verbum Conſummatum eſt. ¶ Quidam alij dicũt Jeſus aũt trãſiens per medium illorum ibat os autẽ nõ comminuetis ex eo. Que quidem verba ⁊ coniurationes olim non putabam quicquam operari poſſe contra torturam ⁊ pleriſꝗ ridicula potius ꝙ credibilia eſſe videntur at ego quia plures vidi ⁊ expertus ſum in facto. Primo Piſis dum eram aſſeſſor Magnifici domini Capitanei illius Ciuitatis. deinde Rome dũ eſſem Auditor criminali: in cauſarum Reueren. Domini Auditoris Camere vbi quidam fur ſagaciſſimus ⁊ duplicis malitie reus contra quem erant examinati quindecim teſtes ſuper diuerſis indicijs magni furti centum triginta ſeptem ducatis auri. habens notitiam quod curia prefati domini Auditoris procedebat contra ipſum anteꝙ perſonaliter compareret accepit nonnulla ſortilegia contra torturam: quibus expertis iterum atꝗ iterum videns ꝙ ſufficiebant ad parangonem quadam die dũ ego eſſem in edibus turris noue ad examinandũ quoſdam alios reos ille ſponte veniens acceſſit ad me ⁊ ſe conſtituit in carcerib9 ipſis dicẽs qꝺ vltro venerat ad purgandũ indicia ⁊ notam infamie ſibi illateꝫ quem tñ neceſſe fuit deuenire ad torturã tot indicijs contra ipſꝫ laborantibus in qua dũ erat eleuatus dormiebat capite clino ac ſi iaceret in lecto abſꝗ vlla penit9 lamentatione aũt clamore et ad tractus corde erat tanquã ſtatua marmorea: qui dum eleuabatur a principio dicebat quedam verba ſubmiſſa voce: deinde ſilebat vt dormiens ſtatim ego ſuſpicatus fui ne geſtaret aliquod ſortilegiũ ſiue facturam maleficam penes ſe aut ex illis verbis captaret aliquod ſuffragium perquiſiui quã diligenter per omnes partes corporis ſui deinumꝗ reperi in capite ſub ſcuffia: ſcilicet inter crines quandam paruam cedulam hec verba continentem. videlicet. ✠ Jeſus autem tranſiens ✠ per medium illorũ ibat. ✠ os nõ comminuetis ex eo ✠ cum crucibus ita ſignatis. quam ilico abſtuli ab eo: qui licet illa ſic ablata ſatis conquereretur: nihilominus iterũ poſitus ad torturã: ⁊ eleuat9

Uerum illud idem ſicut antea facie bat in principio ipſius eleuatio nis nõnulla verba ſubmiſſa voce dicebat que percipere nunꝙ po tui nec quicꝙ cõfeſſus eſt: deinde mutatis tormentis ſub tormen to taxilli ſubiectus fuit ꝛ ſimiliter ſpernendo dolores nihil ꝙ peni tus confeſſus eſt: ſed in ſua nega tiua ſemper audacius conualuit 2 adeo ꝙ neceſſe mihi fuit eo inſtã te ab inquiſitione eundẽ abſolue re ꝛ proceſſum totum vna cũ in quiſitione aboleri mãdare: nec eſt mirandum de abſolutione hmõi nam ſimilis caſus ꝛ maior quoꝗ occurrit. d. Hippolyto de marſil. dum erat officialis Illuſtriſſimi Ducis Mediolani vt ipſe refert in.l.repeti.in iiij.col.ff. de queſt. nec dum eſt annus elapſus quod aud vi alium Rome poſitum fuiſ ſe ad torturam ꝛ repetitis vicibus grauiter cruciatum qui illa verba de lacte beate virginis marie ſ b miſſa voce dicebat ꝛ nullum do lorem pati: ſed cuncta ſpernere vi debatur ꝛ dormiebat ſicut alius in tortura adeo quod a tribus iu dicibus preſente procuratore fi ſcali examinatus nulla vnꝙ ab eo confeſſio extorqueri potuit li cet correus ꝛ criminis ſocius id fateretur expreſſe ꝛ illum in ſociũ nominaret cuius proceſſum vidi illumꝙ cognoui. ¶ Aliud exem plũ quod ſimiliter in facto acci dit mihi Rome cuiuſdam maleſi ce mulieris que anteꝙ eleuaretur in tortura verba quedam ſubmiſ ſa voce dicebat: deinde eleuata ſi lebat penitus velut mortua ꝛ ni 1 grior apparebat in vultu carbo ne extincto oculos extra caput val 2 de tremẽdos more illorũ ꝗ ſtran gulantur emittens: ꝛ nihil peni tus loquebatur boni neꝗ mali. ¶ Si nũc vellemus diſputare de viribus ꝛ veritate dictorum ma leficiorũ taciturnitatis ſiue inſen ſibilitatis fieret ampla lectura: ſꝫ quia cupio breuiter me expedire hic non inſeram. vide que late di ximus ſupra lib.ij.q.vj.vij.ꝛ.viij. ¶ Tamẽ nõnulli tñ dixerũt ꝙ aduer ſus iſtas cõiurationes et malefi cia taciturnitatis reperiuntur re media quedam que diuerſis pre cibus conficiuntur ex quibus di cũt quod omnes ligature ꝛ male ficia huiuſmodi diſſoluunt omni noꝗ pe. eunt ꝛ reus grauiſſima patitur tormenta ꝛ cruciatus in corpore ꝛ inter alia dicere ſolent verba illa Prophete: vꝫ. Dñs la bia mea aperiat ꝛ os meum annũ ciabit veritatem. Eructauit cor meum verbum bonum dicam cũ cta opera mea regi. Cõfundatur nequitia pctõris perdes oẽs qui loquuntur mendacium. Contere brachia iniqui rei et lingua mali gna ſubuertetur. ex quibus ver bis precibus ꝛ exorciſmis dicunt maleficia ipſa reſolui ꝛ reum mi rabiliter cruciari. Uide. d. Pari. deput. in. d. trac. ſindic. in. c. tortu ra. lo. iij. fol. 113. et illum Silue. prie. in. d. tract. de ſtrig. demon. mirand. lib. 4. c. v. Super quibus tamen cogita: qꝛ de virtute ipſorꝫ remediorũ non poſſem quicquã certa atteſtari ex quo illa nunꝙ expertus fui nec per aliũ experiri hactenus vidi.

¶ Summarium.

1 Tortura quibus de cauſis inferri poſſit.

2 Iudicium non debet a tortura in choari.

3 Oratio indefinita equipollet vniuerſali.
4 Diſtictio nõ hꝫ locũ ĩ criminib9.
5 Solemnitas iudicialis nõ eſt pro leuibus criminibus obſeruanda.
6 Tortura eſt de ſolẽnijs indicijs: nec ad eã deuenit̃ niſi cã cognita.
7 Tortura non eſt pro leui crimine inferenda.
8 Perſona vilis poteſt pro vili crimine quibuſdaꝫ penis coherceri ſecus in perſona graui ꝛ honeſte conditionis.
9 Perſona pauper que penam pecuniariam ſoluere nõ poteſt: põt corporaliter affligi.

1 Quinto videndũ † eſt in quibus cauſis et criminibus poſſit inferri tortura: dic q̃ generaliter in oib9 cauſis criminalib9 ſeu in omnib9 criminibus ſi precedãt legitima indicia et veritas
2 aliter haberi nõ põt: † nã regula torture eſt affirmatiua ꝛ vniuerſalis: vt habetur in. l. j. in princi. ff. de queſtio. ibi in criminibus ſeruandis ꝛc. Quis ab ea nullatenus ſit incohandũ examen: ſꝫ in caſu neceſſitatis quotieſcũq; vndiq; vrgent indicia ꝛ confeſſio veritatis aliter haberi non poteſt niſi mediante tortura tunc adhibenda eſt. d. l. j. in prin. ibi enim dicitur
3 in criminibus ſeruandis ꝛc. † que oratio cum ſit indefinita equipollet vniuerſali. l. ſi plures. ff. de leg. iij per Alex. ꝛ doct. in rub. ff. ſolu. mat. l. j. §. ſi quis ſimpliciter. ff. de verb. ob. et Bald. in. l. nullum. C. de aſſeſſo. hoc idem tenet Gand. in trac. mal. in tit. de queſtio. ꝛ tormen. in princip. ver. incipiamus. Hippo. de marſil. in. l. diuus. in princ. ff. de queſtio. Fran. brun. in trac. de indic. ꝛ tort. in. iiij. col. ver. tertio principaliter quero ꝛc. Par. de put. in trac. ſind. in. c. an in cauſa pecuniaria pu. colum. ꝛ probatur per text. in. d. l. milites. §. oportet. C. eo. titu. inducendo hoc modo: ibi enim dicitur non eſſe a tormentis incipiendum examen niſi pluribus indicijs quaſi certis ꝛc. ꝛ tunc demum deueniendum erit ad qõnes ſi perſonarum conditio id requirit: q2 ſunt quedã perſone q̃ ex ea ſpũali torqueri non põt vt. j. dicetur in ſequẽ. qõne. et nota ibi dum dꝫ perſonarũ conditio ꝛ non dixit qualitas criminis quaſi dicat qd in criminibus nulla fiat diſtinctio qualiacũq; ſint
4 † quia vbi lex non diſtinguit nec nos diſtinguere debemus. l. dieꝫ ferre. ff. de arbi. l. de precio. ff. de publi. cũ ſimilibus. Contra hoc oppo. de. l. edictũ. ff. de queſti. vbi dicitur quod qõnes non ſemper nec in omni cauſa ꝛ perſona deſiderari debent: ſed cum capitalia ꝛ atrociora maleficia non aliter explorari põt q̃ per ſeruorũ queſtiones efficaciſſimas ꝛc. ꝛ ſic text. ibi expreſſe inhibere videt̃ quod pro leuibus criminibus inueſtigandis nullatenus ſit danda tortura ſol. verum eſt quod in leuibus ꝛ paruis criminibus non eſt adiungẽda plena ꝛ grauius tortura ſm gradũ excedens: leuis tñ tortura primi et ſecundi gradus nõ videtur excludi etiã in paruis criminibus argu. l. ob que vitia. §. fi. ff. de edil. edic. ꝛ p Bal. in. d. l. ij. C. quor. app. ꝛc. licet enim hec ſolutio ſit vera in ſe tamen non bene cõgruit illi legi que loquitur in alijs terminis: ꝛ ppterea dic q̃d

ſbi loquitur de tortura que infer
tur in alium. ſ. in ſeruum non in
ipſummet reum: ratio eſt: qꝛ non
ita facile deueniendum eſt ad tor
turam ſeruorum pro inueniẽdis
alienis criminib⁹ ex quo illi ſunt
innoxij criminis predicti quam
ipſiuſmet rei de crimine ſuſpecti
quam ſolutionem ſentit etiã glo.
in .d.l. edictum. in ver. efficaciſſi-
mas. dum ſoluit contrarium de
d.l.j.§.ſi quis vltro.ff.de queſtio.
Item oppo. de.l.leuia.ff.de accu.
5 †vbi in leuibus criminibus ſum-
marie procedendum eſt ſine pro-
6 ceſſu vel ſolennitate iudiciali: †
ſed tortura eſt de proceſſu nec ad
illam deueniri poteſt niſi prece-
dentibus indicijs ꝛ cã cognita ꝛ
precedente pronunciatione inter
locutoria ipſius iudicis: vt dicit
Bal. in dicta.l.ſecũda. idẽ Bal.
in.l.ſi quis alicui.C.ad legem iu-
li. maieſta. Sali. in.l.fi.C.de que-
ſtio. ꝛ Barto. in.l.fin.ff.eo.ti. An
gel. de are. ꝛ alij moderni practici
in locis ſupra notatis. ꝛ Bald. in
d.l. milites.§.oportet. ꝛ.l. ea qui-
dem ſolut. dic quod plena ꝛ gra-
uis tortura non eſt equum: quod
in paruis criminibus inferatur:
7 †quia maior pena eſſet in inqui-
rendo quam in puniendo: quod
eſſet contra textũ in.l. in ſeruorũ.
ff.de pen. ſꝫ illa territio ſeu leuis
tortura non excedens ſecundum
gradum non videtur eſſe prohi-
bita in huiuſmodi criminibus:
maxime quando perſona rei eſt
vilis cõditionis ꝛ valde ſuſpecta
8 de crimine illo. †ꝛ iſta potius di
ci poteſt quedã modica cohertio
ꝙ tortura ſecundum Bald. in di
cta.l.ſecũda. vel dic ꝙ ille text⁹ in
dicta.l.leuia loquitur de alijs ſo-
lennitatibus ipſius proceſſus: vi-
delicet de libello inſcriptione ad
penam tallionis de ſolennitati-
bus probationum publicationis
proceſſus: ꝛ alijs ſimilibus termi
nis ꝛ ſolennitatibus: non autem
de iſta modica cohertione ſine ꝙ
veritas aliter haberi non poteſt:
ꝛ ita videtur ſentire glo. in dicta.
l.leuia. ¶ Si autem eſſet perſona
grauis ꝛ honeſte conditiõis: aut
nobilis familie pro leuibus cri-
minibus huiuſmodi nõ eſſet de-
ueniendum ad aliquem actum
torture quantumcunque leuis ꝛ
minime: quia ex ea videretur aſ-
ferri iniuria dignitati ſiue nobi-
litati: ꝛ ideo bene dixit textus in
dicta.l.milites.§.oportet.C.de q̄-
ſtio. ibi. ſi perſona ꝛc. cõditio id re
quirit ꝛc. ꝛ ita videt ſentire gl. in
dicta.l.leuia. intelligendo de vili
bus ꝛ ſuſpectis perſonis: vt ibi
vide Bald. in dicta.l.ſecunda. ꝛ
Barto. in.l. non omnes.§.a bar-
baris.ff.de re milita. ꝛ Parid. de
put. in dicto tracta. ſindica. in.c.
an in cauſa pecuniaria vide in-
fra eodem titulo.q.ſeptima. ver.
limita. in fi. ¶ Et propterea non
videtur eſſe deneganda vili per-
ſone maxime qñ eſſet perſona ſu
9 ſpecta. ¶ †Quia videmus alias
ꝙ vilis perſona ꝛ paup q̄ ꝓpter
inopiam non poteſt ſoluere penã
pecuniariam licet in corpore per
torturã ꝛ ſic eo caſu tortura ipſa
datur pro pena per hoc eſt regu-
lare in oib⁹ publicis criminibus
l.ſ.§.fi.ff.de pen. vbi eſt not. tex.l.
q̄cunqꝫ.§.quod ſi.C.de ſer. fugit.
ꝛ.l.ſi quis id.ff.de iuriſ. omni. iu-
di. ¶ Uide Bar. i. d.l.j.§.fi. q̄ di-
cit hoc eſſe regulare in vilibus ꝑ
ſonis ꝛ ibi tradit pulchrã limita-

tionem ad regulaȝ de qua in.l. in
ſeruorū.ff.de pen.ꝙ q̃libet pena
corporalis minima ⁊c. vbi dicit
quod illud non habet locum in
vilibus perſonis:ſed in maiorib9
⁊ honeſtis.

¶Summarium.

1 Regula torture generalis ē
⁊ affirmatiua:nec aliquis dicitur
eximi niſi ſit expreſſus.
2 Perſone q̃ torqueri non debent.
3 Milites nr̃i temporis an ſint in
criminalib9 a tortura exempti.
4 Conſuetudo torquendi milites:
decuriões:⁊ ſimiles a tortura exē
ptas an ſit valida.
5 Doctores non ſunt torquendi
6 Minores impuberes non debēt
torqueri.
7 Mulieres p̃gnãtes nõ torquenť.
8 Serui an ⁊ quibus caſibus poſ
ſint vel non poſſunt torqueri.
9 Senes etate confecti nõ ſunt tor
quendi.
10 Intellect9.§.ignoſcitur.l.ſuper.
ff.ad ſilla.
11 Senex an comprehendatur ſub
regula torture affirmatiua.
12 Ceſſante cauſa ceſſat effectus.

1 Sexto†q̃ro an oẽs
pſone indiſtincte
torqueri poterũt in
cauſis criminalib9
dic q̃ſ ſic regulari
ter ſeruatis tamen
de iure ſeruãdis ⁊ precedentibus
indicijs legitimis:q: regula tor
ture eſt affirmatiua vt ſupra pro
xime dictũ eſt. A tortura autem ne
mo dr̃ exempt9 niſi quatenus re
periať expreſſuȝ vt habetur i.d.l.
j.in p̃nc.ff.de queſt.⁊.d.l.milites.
§.oportet.C.eo.tit. A qua quidem
regula plures perſone excipiunť
2 q̃ torq̃ri nõ poſſunt. ¶†Quorum
quidam ſunt milites qui priuile
gio militie ⁊ fauore reipub. torq̃
ri prohibentur dicta.l.milites.in
princ. ¶Secundo excipiuntur de
curiones ⁊ eorū filij ac nepotes
qui durãte decurionatus officio
propter dignitatem officij tor
queri nõ poſſunt.d.l.milites ⁊.l.
decuriões.⁊.l.diuo marco.C. de
3 queſtio. ¶†Sed quero an hodie
milites noſtri temporis decurio
nes ſiue cõſiliarij habeant iſtud
priuilegiũ vt torqueri nõ poſſint.
Bar.in.d.l.milites dicit ꝙ gau
dent illo priuilegio vt torqueri
non poſſunt.idem tenet Cy.in.l.
diuo marco.eo.tit.⁊ Iaco.but.in
d.l.milites.Sali.in.l.j.in penul.
col.C.de iur.⁊ fac.igno.i dicta.l.
decuriones.in fin.q̃uis dicta ibi
quod hoc male ſeruatur de con
ſuetudine in Lombardia candē
conſuetudinem ꝙ non ſeruatur
iſta priuilegia ego vidi Rome ſe
pe ſepi9 ſeruari cõtrariũ. Barb.
tamen in apoſtil.ad.Sali.in.d.l.
diuo marco in fi.dicit ampliando
4 cõem doc.opi.†ꝙ ſi conſuetudo
eſſet in contrariũ ꝙ torqueantur
talis cõſuetudo non valet dicit
ipſe caſus eſt ſingularis ſm bart.
⁊ ipſum in.l.oẽs iudices.C.de de
curio lib.x. Idē tenet.d. Alex.in
l.centurio.in.ix.col.ff.de vulga.⁊
pupil.⁊ Roma.i ſingulari.490.
q̃ incipit mulieres:vbi idem di
5 cit†de doctore quod expreſſe fir
mat do.Iaſ.in.l. de quibus. col.
xxiij.ver.non tamen.ff.de leg.b.⁊
Matheſil.ſingul.59.quod icipit
nota ꝙ legum doctores ⁊c. vide
Bar.i l.j.C.de aduoca.diuer.iu
dicũ.vbi dicit doc.⁊ aduocatus
torqueri non poteſt ex quo eſt cõ
ſtitutus in dignitate ⁊ non ſoluȝ

durãte officio aduocationis: ſed etiam eo depoſito: ⁊ ideo dicit qđ quoties per ipſum ſuſcipiendū eſſet iuramẽtum debet mitti notarius ad domū ſuam tanꝗ̄ ad
6 egregiam perſonam. ¶ † Tertio excipiuntur minores. ſ. impuberes qui ꝓpter defectū etatis que adhuc tenera eſt torqueri nō poſſunt. ſed illis loco ferule ceduntur. l. ij. §. impubes. ff. ad ſyl. ⁊ l. de
7 minore. in pn. ff. de q̄ſt. ¶ † Quarto excipiuntur mulieres pregnantes que propter accidens: ſcꝫ impedimentum pregnantie nō torquentur ne ſubſequatur abortus etiam poſt partū per. xl. dies donec mulier fuerit priſtine ſanitati ⁊ viribus reſtituta. l. pregnantis. ff. de pen. ⁊ l. imperator ⁊ ibi bal. ff. de ſta. homi. Hippoly. de marſil. in. l. ij. in princi. in. v. colū. ff. de queſt. ⁊ alij moderni practici in
8 ſepe dictis eorum trac. ¶ † Quinto excipiuntur ſerui qui licet indiſtincte nō prohibeatur torqueri tñ cõtra certas pſonas non torquent niſi in quibuſdã caſib⁹: vt l. ſeruus. C. eo. ti. de queſt. ſed iſta nō eſt ꝓprie fallẽtia ad regulam vt ſit generalis in oībus caſibus ⁊ perſonis: ſed ſolum quo ad cer
9 tas perſonas. ¶ † Excipit ſexto ſenex etate ꝯfect⁹. q̄ ꝓpter lapſuꝫ etatis torqueri nō poteſt. l. iij. §. ignoſcitur. ff. ad ſyllan. quã opin. tenuit Gand. in. d. ſuo trac. in ti. de queſt. ⁊ tortu. in princ. Bar. in d. l. iij. §. ignoſcitur. ⁊ i. d. l. de minore. in prin. Ange de are. in ſuo tract. malef. in gloſſ. fama publi. ver. quero q̄ perſone. Hipp. mar. in. l. edictū. in. iij. col. ff. de queſti. Alex. in apoſtil. ad Bart. in. d. l.
10 milites. in prin. † ⁊ ita cõmuniter tranſeunt doc. cuꝫ iſta limitatione. Ego autem teneo contrariuꝫ ſ. qđ iſta exceptio ſiue limitatio non ſit vera de iure nec probatur per tex. in. d. §. ignoſcit. q̄cqd dixerit doc. predicti qui videtur
in hoc caſu loqui ſine lege. † ⁊ iđ 11
tex. in. d. §. ignoſcitur. nō ꝯcludit gñaliter quod ſenex nō poſſit torqueri: propterea dico ꝙ ſenex etate confectus remanet ſub regula affirmatiua torture. ⁊. l. ij. in princi. ff. de queſti. ⁊ l. milites. l. decuriones. C. eo. tit. vbi excipiuntur queđã perſone que torqueri non pñt ergo regula eſt in contrariū ꝙ regulariter oēs alij q̄ non ſunt in iure expreſſi torqueri poſſunt. ita concludunt Baldus. Sali. et alij i. d. l. milites ⁊. l. decuriones. text. eñim. d. §. ignoſcitur. nō ꝓhibet generaliter ſenem torqueri nō poſſe. pro cuius declaratione ſciendū eſt ꝙ illa lex. iij. ff. ad ſyllan. fuit ꝯdita cõtra ſeruos ignauos qui neglexerunt afferre opē dño ſuo dū erat inſultatus anteꝗ̄ interficeretur: ex eo eñ ꝙ non attulerunt opē preſumuntur eſſe in dolo ⁊ cõſciū criminis ſeu forſan pticipes: ⁊ propterea torquentur omnes q̄ in dicta domo repiebant tempore quo dñs fuit occiſus ⁊ nō tulerunt opē dño ſaltem in clamando ⁊ ſic illi in negligẽtia apprehenſi fuerunt torquent ad eruẽdū veritateꝫ q̄re dño ſuo opem non preſtiterunt vel illius necē nō vindicarūt: vt tenebant de iure: ⁊ ad videndū etiã nunqđ necis illius fuerint fortaſſe participes ⁊ ad purgandum quodãmodo ſuſpitionē illam que viget contra illos omnes torquentur regulariter qui pſentes in eadeꝫ

domo eius reperiebantur. d.l.j.
in prin.⁊.§.ſi pater.⁊.§. ſi vir aut
vxor.ff. ad ſilla. quorū aliqui ex-
cuſantur a tortura ex iuſta cauſa
ſiue iuſto impedimēto quo detēti
fuerūt.d.l.iij. quidā ꝓpter impe-
dimentū nature vt eſt mutus: ſur
dus: cecꝰ ⁊ furioſus: q̄ ꝓpter de-
fectum ſenſus naturalis non po-
tuerunt adeſſe rumori vel afferre
opem dn̄o.d.l.iij.§.ſurdus.⁊.§.ce
cus.itē etiā ignoſcit̄ his que clau
ſis ianuis non potuerūt exire fo-
ris ⁊ ſuccurrere domino ⁊ eidem
opē afferre. d.l.iij. §. ſubuenitur.
poſtea immediate ſequit̄.§. igno
ſcitur. vbi dicitur qd̄ ignoſcitur
etiam his qui etate defecti ſunt
vt propter non preſtitam opem ⁊
auxilium domino non reddātur
negligentes ⁊ culpabiles ex quo
propter corporis debilitatem et
membrorū languedinē nō potue
runt currere ⁊ adeſſe rumori ⁊ ne
cem dn̄i vindicare ſicut iuuenes
et vt ipſi deſiderabāt: ⁊ propter-
ea ob hanc cauſam iura non pre-
ſumunt ſenem illum fuiſſe negli-
gētem aut culpabilem vel ſuſpe-
ctum de crimine q: iuſta de cau-
ſa impeditus ⁊c. ceſſante igitur im
pedimento predicto ceſſat cauſa
ſuſpitionis: ⁊ ceſſante cā ſuſpitio
nis et culpe merito etiam ceſſat
tortura. que ꝓpter negligentiā
adhibitā erga dn̄m infertur: vt
d.l.j.in princi.⁊.§.ſi pater.lo.ii. et
12 §.ſi vir aut vxor.eo. tit.† quia ceſ
ſante cauſa ceſſat effectꝰ.l. adige
re.§.q̄uis.ff.de iur. patro. ibi eīm
ſenex nō excuſat̄ a tortura ꝓpter
etatem ſenilē: ſed excuſatur a cau
ſa ꝓpter quam infertur tortura.
cōcludo igitur quod etas ibi non
eſt cā principalis ad eximendum
ſenem a tortura: ita quod ſenilis
etas ꝑ ſe ſit cauſa excluſionis tor
ture ſed excludit cauſam ſuſpitio
nis preſumpte ſcientie ⁊ partici-
pationis: ꝓpter qua infertur tor-
tura. d.l.j.in princ.⁊.§.ſi pater. el
ij ⁊.§.ſi vir aut vxor.eo.tit. extra
igitur illum caſum non video ra
tionē in contrarium quare ſenex
torqueri non poſſit in caſibus in
quibꝰ de iure deueniri poteſt ad
torturā ſaltim leniter ⁊ tēperate
mitius tamen q̄ in aliis iunioꝛi-
bus.l.j.§.diuus.⁊.l.de minore.§.
tormenta.ff.de queſt.non eſt igit̄
dicendū quod ex diſpoſitione.d.
§.ignoſcit. limitet̄ ⁊ ledatur regu
la iuris cōmunis de qua in. d.l.j.
princ.ff.de queſt.que loquitur af
firmatiue generaliter ⁊ indiſtin-
cte vt latius ſupra dictum fuit ar-
gumento.l.ſancimus.C.de teſta.
⁊.l. precipimus. C. de appella. ſi
eīm iura noluiſſent ſenem debere
torqueri illud vtique expreſſiſſent
⁊ excepiſſent a regula: ſicut exp̄ſ-
ſe cauerunt ⁊ exceperunt milites
decuriones ⁊ eorum filios: itē im
puberem mulierem pregnantem
et alios: de quibus ſupra.d.l. mi-
lites.l. diuo marco.l. decuriōes.
C.eo.titu.⁊.l.de minore.in princ.
ff.eodem titulo.l. pregnantem.ff.
de pen. cum ſimilibus. cum itaq̄
hoc nō reperiatur expreſſum: nō
eſt dicendum quod regula iuris
que eſt affirmatiua debeat immu-
tari vel corrigi aut limitari dicta
l.ſancimus.⁊.d.l.precipimus.
Quidam alii exponūt illud ver-
bum ignoſcitur: non quod ſenex
omnino prohibeatur torqueri:
ſed quod rarius torquetur: et ca-
ſu quo debeat torqueri: tunc mi-
tius ⁊ lenius torquēdus erit quā

iuuenis: hec eñ opinio lʒ videatur equa ⁊ pia ꝓcedens tñ eſt de iure verior p ea que ſupra dicta ſunt ego tamen quando caſus contingeret omnẽ diligentiam adhiberem ad eruẽdam veritatem aliter ꝙ per torturam ex perſuaſionibus aut comminationib9 quoties tñ eſſet neceſſe ad illaʒ deuenire non excederem ſecundũ aut tertium gradum niſi eſſemus in atrocioribus et perſona rei eſſet vilis ⁊ valde ſuſpecta. An autem reperiantur alij ꝙ ſupra nominati qui dicantur eſſe exempti a tortura. vide do. Hippoly. de marſi. in. l. edictum. ff. de queſtio. in. iij. colũ. vbi plures enumerat inter quos dicit quod ille qui eſt vtilis reipublice torqueri nõ poteſt ſm do. Parid. de put. quem ipſe refert idem tenere in. d. ſuo tracta. ⁊c. ⁊ dicit eſſe bonum tex. ad hoc in. l. ad beſtias. ff. de pen. vbi dicitur ꝙ dãnatus ad beſtias eximitur ab illa pena quando ille erat vtilis populo ⁊ ad preces populi debet liberari: nota ꝙ ego intelligo illud dictum eſſe verum per illum text. quotieſcunqꝫ per torturam adeo cruciaretur quod efficeretur inutilis: quia poſſet mẽbro debilitari vel mori in tortura ꝙ quidem perraro contingit alias autem non videtur eſſe eadẽ ratio in tortura ſicut in morte: quia illi qui ſubſtinent torturam non moriuntur nec debilitantur regulariter: ⁊ ſic per illam nõ ceſſat vtilitas reipubli. quando ille ſeruatur in vita: ideo dubito de iſto dicto propter diuerſitatẽ rationis: ſuper quo tamen cogita. Predictas tñ limitationes omnes pro limita et declara non procedere nec habere locum in criminibus exceptis et atrociſſimis ſicut eſt crimen leſe maieſtatis in quo nulla dignitas nullumqꝫ penitus priuilegiũ ſuffragatur reo ad effugiendum torturam. l. quiſquis. C. ad leg. iul. maieſt. ⁊ in crimine hereſis vt dicunt doc. in. d. l. quiſquis. ⁊ canoniſte in. c. ⁊ gẽtis. de hereti. in aut. ⁊ in. c. cũ ſm leges. eo. titu. lib. vj. Item in crimine maleficorum ⁊ incantatorũ: vt. l. ⁊ ſi excepta. C. de malefi. ⁊ ma: hc. in quibus criminib9 oẽs indiſtincte torquentur: vt ibi dicit ⁊ notatur etiam per. d. dñm Hippo. in dicta. l. edictum.

¶ Summarium.

1 Tortura an dari poſſit in cã pecuniaria.
2 Serui liberti quo caſu torqueãtur.
3 Liber homo nõ torquetur in cauſa pecuniaria.
4 Tortura datur vbi veritas aliter haberi non poteſt.
5 Tortura an poſſit in actione furti dari.
6 Seruus alienus an poſſit in pecuniaria cauſa torqueri.
7 Homo liber regulariter non torquetur in cauſa pecuniaria.
8 Mercatores fugitiui pñt torqueri pro depoſitis ſibi factis.
9 Torturam in cauſa pecuniaria dare impium eſt.
10 Corporis cruciat9 etiã minimus maior eſt oĩ pena pecuniaria.
11 Semel tortus quo caſu poſſit iterum torqueri.
12 Iudicis arbitrio et diſcretioni relinquitur modus et alia eſſentialia torture.
13 Confeſſio in tortura facta et poſtea negata an aliam torturam inducat.

1 SEptimo q̃rot an in
cā pecuniaria ⁊ ci-
uili deueniri poſſit
ad torturaꝫ? dic q̄ꝺ
ſic q̃nq; nō tñ oēs
pſone nec in oī ca-
ſu deueniēdū erit: ſꝫ ſerui dūta-
xat alieni quotieſcūq; veritas rei
aliter haberi nō pōt torquent̄.l.
diu9.in pnc.ff.ꝺ q̄ſti.⁊ iſta eſt vna
ex differentijs que vertunt̄ inter
cauſas ciuiles et criminales ſm
quod dicit Bar.in.d.l.diuus. qꝛ
in cauſis ciuilibus non torquen-
tur niſi ſerui alieni nō aūt liberti
neq; ſtatuliberi ⁊ caſu quo deue-
niendū ſit:non ita de facili deue-
niendū eſt:ſed vbi veritas aliūde
haberi non poteſt q̄ per tormen
ta ſeruorum:ſed in cauſis crimi-
nalibus torquent̄ etiaꝫ liberi pro
eruenda veritate:ita dicit Bart.
2 in.d.l.diuus.¶†Qꝺ tamē eſt ve-
rum niſi cauſa ciuilis haberet in
ſe annexum delictum: quia tunc
etiā liberi torquentur: vt eſt text.
not.in.c.j.de depoſit. quem text.
omnes doc.allegāt ad hoc ⁊ no-
tant etiā doc.in.l. ex libero.ff.de
3 queſti.¶Unde dico qꝺ ī hac ma
teria pōi poteſt regula negatiua.
ſ.quod in cauſa pecuniaria liber
homo regulariter non torquetur
d.l.diuus.fallit iſta regula in ali-
quibus caſibus: ⁊ primo in caſu
d.c.j.de depoſi. q̃ñ cauſa ciuilis
4 hꝫ annexū delictū.¶† Iteꝫ fallit
quando ciuiliter ageretur de fal-
ſo ⁊ veritas aliter haberi nō poſ-
ſet q̄ tūc deueniri poſſit ad tor-
turaꝫ:ita dicit Bal.in.l.ſicut fal-
5 ſi.C.de falſis.¶†Ex quo text.idē
puto dicendum eſſe in furto vbi
ageretur ad rem ſibi furto ſub-
tractam non per accuſationem

furti:ſꝫ priuato iudicio ciuilī per
actionem furti:vt in.§.furti autē
actio.inſti.de obli.q̄ ex delic.naſ.
vel conditione furtiua: vt in. l.ſi
pro fure.⁊ in princ.§.j.ff.de cōdi.
furti.q̄ vbi plena probatio per te
ſtes aut inſtra haberi non poſſet
quod liceat deuenire ad torturā:
qꝛ ratio text.in. d.l. ſicut falſi. ita
militat in iſto caſu ſicut in illo.
6 ¶†Et pdicta pcedunt in libero
homie: ſerui aūt alieni bene pote
runt torqueri in cā pecuniaria et
hoc fieri pōt quotieſcūq; veritas
alr̄ haberi non pōt:vt.d.l.diuus.
7 ff.de queſtio.¶†Predicta etiā li
mita ⁊ declara quod liber hō nō
torquetur regulariter in cā pecu-
niaria eſt verū quādo loquimur
de principali.Secus aūt in teſte
vacillāte qꝛ liber homo ſi adhi-
betur:vt teſtis in cā pecuniaria ⁊
vacillat poterit torqueri. ita di-
cit tex.ibi Bart.⁊ alij in.l.ex libe
ro.ff.de queſtio.⁊ hoc nō puenit
ex natura cauſe:ſed propter acci-
dens.ſ.illam vacillationem.l.li-
ber homo.in prin.⁊.l.vnius.§.te
ſtes.ff.eo.tit.vide Bar.ī.d.l.liber
homo.⁊.l.ex libero.⁊.d.§.teſtes.
⁊.do.hipp.ꝺ mar.ibi.vbi copio
ſe declarat hanc materiā.⁊.Bal.
⁊ Sali.in.d.l.ſicut falſi. C.de fal.
⁊ Jo.de imol.Panor.⁊ alij cano.
in.c.grauis.de depoſi.vbi in hac
materia multa bona dixerunt. et
Cyn.in.l.fi.C.de.fal.⁊ eſt glo.no.
xv.q.iiij.c.preſbyter. Et inquan-
tum diximus.ſ.quod q̃ñ cauſa pe-
cuniaria habet annexū delictum
deueniri poterit ad torturaꝫ per
tex.in dicto.c.j.ꝺ depoſi.per quē
text.dixit do.Paridē de puteo in
tract.ſindi.in.c.an in cauſa pecu-
niaria.in princip.ſe decidiſſe als

8 queſtionez iſtam.† quod iſti mercatores falliti ceſſantes et fugitiui poterunt torqueri vt indicent pecunias ſibi datas in depoſitū vel i ſocietatē ad mercādū quas nunc denegāt habere ꝛ perdidiſſe dicunt quez omnino vide quē etiā refert ꝛ ſequitur. d. Hippol. de marſi. in. d. l. diuus. in. ij. col. q deinde opponit contra illud. c. ſ.
9 extra depoſi. dicēs† quod nimis durum et iniquum eſſe videtur qd in cā ciuili ꝛ pecuniaria deueniatur ad torturaз licet ſimus in terminis. d. c. j. qꝛ ex hoc magis cruciatur ꝛ patitur reus ſiue debitor in inquirendo veritatez rei quam ipſa re comperta i ſatiſfaciendo: quia nil aliud in cōdēnationem venit niſi pecunia in cuiꝰ ſolutione debitor nullus patitur dolorem in corpore ꝛ minꝰ nocet ſolutio ꝛ ſententia quam inquiſi
10 tio.† qꝛ quilibet corporis cruciatus ſiue corporalis pena etiam minima eſt maior quacunqꝫ pena pecuniaria q̄tūcunqꝫ ſit magna. l. i ſeruoꝝ. ff. de pen. ad iſtud contrariū dantur due ſolutiones p doc. ſm ipſum: prima eſt quod tortura nō datur ad penā nec dicitur proprie pena: ſed eſt. dolor corporis vel membri ad eruendā veritatem ꝛc. d. l. itez apud labeonem. §. queſtionez. ff. de iniurijs. ꝛ ſupra dictū fuit in prima. q. huius tituli: quia ſi tortura eſſet pena vel daretur ad penā profecto non eſſent duo tituli ſeparati titulꝰ de queſtio. a tit. de penis. ſed quia ſunt materie diuerſe ꝛ ſeparate. ſ. materia inquiſitionis et materia pene. ꝑpterea ēdite ſunt ſub diuerſis titulis ꝛ noibus. quidaз vero dicunt ꝙ licet tortura non ſit pena iuris de facto tñ eſt pena non leuis: qꝛ cruciatus ille affert penam et dolorem intolerabilez in corpore: ſed non obſtat quia licet tortura afferat dolorem et cruciatum in corpore tñ non dicitur ꝓpriе pena que habeat effectū iuris: ſed poſſet forſan improprie dici pena hoc eſt illa tolerantia doloris et cruciatus quā qui torquetur ſubſtinet in membris ꝛ corpore nec datur ad effectum pene a lege ſtatute et propterea ex diuerſis non fit bona illatio. l. naliter. §. nihil cōe. ff. de acqui. poſſeſ. ꝛ. l. papinianꝰ. ff. de mino. quidā vero dāt aliā ſolutionē limitando. vcз. d. l. in ſeruoꝝ. ff. de pen: vt diſpoſitio iſta nō habeat locum in plebeis ꝛ vilibus perſonis: ſed in nobilibus ꝛ magne cōditionis hoibus q non debēt torqueri nec cruciari i corpe pro re pecuniaria cuiuſcūqꝫ ſit valoris. Ego aūt cōſideraui quod lз ſolutiones iſte ſint vere in ſe tñ ad ſolutionem iſtius oppo. nō oportebat tantum laborare qꝛ ſolutio ipſius breuiſſima eſt. Nam eſt verum quod in cauſis pecuniarijs regulariter non deuenitur ad torturam. d. l. diuus. niſi in caſibus ꝛ perſonis. exceptis. vt ſupra diximus in prin. q. ꝛ qd hoc facit regula illa de qua in. d. l. i ſeruoꝝ. ff. de peñ. ſed in caſu. d. c. j. et. l. ſi cat falſi. C. de fal. ideo deuenitur ad torturam ꝑp delictum furti vel falſitatis annexum: ꝛ iſto reſpectu videꝫ potius deferri in cā criminali quam ciuili: qꝛ tunc illa non dicitꝛ cauſa mere ciuilis: ſз potiꝰ mixta cū criminali: vide imol. ꝛ alios i. d. c. j. ꝛ ratio illa de qua in. d. l. in ſeruoꝝ: non videꝫ

multum

multum vigere in propoſito no-
ſtro: quia in materia torture non
debemus attendere ad finē cau-
ſe ex qua venit ſoluēda pecunia:
quia alias ſequeretur: q̄ in mul-
tis cauſis criminalibus in qui-
bus de iure communi aut ex for-
ma ſtatutorum venit imponēda
pena pecuniaria vel bonoꝝ pu
blicatio: vt in .l. ſi quis aliqͩ. §. q̄
abortionis. ff. de pen. ⁊ inſt. de pu
bli. iu. §. itē lex iulia. ſi illa rō pce
deret ſequeretur ꝙ illis caſibus
nō poſſet quis torqueri. q: eſſet ma
ior pena inquiſitionis q̄ cōdēna
tionis. quod eſt falſuꝫ. Dicas igi
tur quod in omnibus cauſis in
quibus infert tortura conſiderā-
dū eſt principiū cauſe ⁊ illius na
tura an deſcendat ſiue oriatur ex
cōtractu vel quaſi: an vero ex de
licto vel quaſi delicto: vt inſtitu.
quib. mod. re cōtra. obli. ⁊ de ver
bo. obli. cū ſimil. ⁊ de obliga. que
ex deli. naſ. per totuꝫ: vt primo ca
ſu non ſit locus torture regulari-
ter etiam ꝙ veritas aliter haberi
non poſſit: q: in cauſis ciuilibus
iura dederunt alia remedia: aut
actor plene probauit intentionē
ſuā ⁊ reus condēnat. l. ſi debito
ri. ff. de iudi. aut ſemiplene proba
uit ⁊ defertur ſibi iuramentuꝫ in
ſupplemētum ꝓbationis dūmo-
do actor ſit honeſta pſona ⁊ non
agatur de maxima ſumma vt no
ta. dicit Bar. in .l. admonendi. et
ibi p moder. latiſſime. ff. de iure-
iu. ⁊ Bal. in .l. i. bone fidei. C. eo.
ti. Jo. de imo. Panor ⁊ alij cano.
in .c. fi. eo. tit. aut auctor nō plene
neqꝫ ſemiplene probauit: ſed mi-
nus q̄ ſemiplene vt q: habuit te
ſtes qui non erant omni exceptio
nē maiores vel forte erāt ſingula

res quo caſu nō defertur ad iſtud
iuramētū: vt dicunt prefati doc.
in .d. c. fi. ſed iſto caſu defertur iu-
ramentum reo qd̄ dr̄ iuramentū
purgationis ⁊ obtinet abſolutio
nem vt not. in .d. c. fi. aut actor p-
poſuit libelluꝫ: ſed nihil penitus
probauit: ⁊ iſto caſu reus abſolui
tur etiam abſqꝫ aliquo iuramen-
to: vt .l. actor. C. de probat. ⁊ .l. qui
accuſare. C. de eden. ⁊ per iſta me
dia deciduntur cauſe ciuiles nō
ante p torturam intelligendo de
cauſis mere ciuilibus: ille vero q̄
habent annexum delictū dici nō
poſſunt mere ciuiles vt .d. c. j. ⁊ .l.
ſicut falſi. ideo non eſt mirādū ſi
in illis pōt inferri tortura: q: da-
tur ꝓpter delictū nō ꝓpter ciui-
lē cauſam nec ex natura cauſe ci-
uilis: q: tortura fuit adinuēta pro
cauſis criminalibus cōtra culpa
biles ⁊ doloſos quoties deficiunt
plene ꝓbationes in crimine: ⁊ dr̄
remedium extraordinariū vt no.
Bal. in .l. ij. C. quor. appel. nō re-
cip. ⁊ per Azo. in ſum. de queſtio.
⁊ Panor. in .c. cum in contempla
tione. de regu. iur. in princ. ¶ Et
lꝫ tortura etiā i cauſis criminali
bꝰ nō ſoleat dari ad penā tñ dat
qñqꝫ ad penam qñ ex crimine ve-
niret imponenda pena pecunia-
ria: ⁊ reꝰ ꝓp paupertatē illā ſolue
re non poſſet luit in corpus q̄ lui
tio fit interdum per torturā maxi
me qñ eſt vilis perſona vt. ff. de
pen. l. j. §. fi. ⁊ C. de ſer. fugi. l. qui-
5 pertū culpabilē abſoluebāt et non dixit innocētem. q: hoc verbū in nocēs ꝑſupponit et denotat oīmo dā immunitatē et carentiā crimi nis et doli. d. l. abſentem. et Bal. i d. l. ſi qui adulteri. Quis nō deſint qui ſubtilizandi in via diſputati ua tenere velint idē denotari per verbū innocēs quod ꝑ verbū nō culpabilis: tñ in hoc vlterius nō inſiſto: poſtq̄ habem⁹ opinionē clarā q̄ ſeruāda eſt in deciſiōib⁹ cauſarum et a qua nullatenus eſt recedēdū: vt dicit Bar. in. l. ij. C. de pena iudi. qui male iudica. et Bal. etiam ibi dicit quod in iudi cando nunq̄ recedendū eſt a car rocio prudentum maxime gloſ.

¶ Summarium.

1 Teſtes familiares et domeſti ci et quicunq̄ ſunt in cauſa inno centie probande admittendi.

2 Teſtis nullo modo examinādus nullam facit probationem imo nec indicium.

3 Innocentia probatur per teſtes etiam de iure alias non admit tendos.

4 Reus vel innocens quibuſcūq̄ defenſionibus vti permittitur.

5 Teſtes domeſtici preferuntur ce teris in rebus domi geſtis.

1 Tertio q̄ro tan in cauſis criminali bus qn̄ agit̄ de probādo innocē tiā accuſati vel inquiſiti admit tant̄ teſtes dome ſtici et familiares: et alij q̄ al's d̄ iu re nō ſolēt admitti pro cuius faci liori notitia figurabo caſū. ſi q̄s reperit̄ inq̄ſit⁹ de homicidio de nocte perpetrato vult ꝓbare in nocentiam ꝑ negatiuā ab' impoſ ſibili coarctato loco et tēpore di cēdo q̄ illa nocte eademmet ho ra et momento quibus Sempro nius fuit occiſus ipſe erat in do mo ſua vna cū vxore filijs et alijs familiarib⁹ ſuis adeo quod erat impoſſibile quod corpus natura le poſſet eē in duob⁹ locis diuer ſis eodem temporis momēto: vel ſi vellet ꝓbare quod illamet ho ra noctis ipſe iacebat in lecto cū vxore ſua nunquid hanc diſtātiā a crimine et exiſtentiam in domo ſua poterit probare per conſan guineos aut vxorem et per teſtes familiares. et videtur dicendum quod nō: quia teſtes huiuſmodi non dicūtur legitimi teſtes nec legitimam probationem faciunt contra quos plures dantur exce ptiones adeo q̄ nedum in crimi nalibus vbi luce clariores requi runtur probationes. l. ſciant cun cti. C. de probat. c. cū oporteat. de accuſa. x. q. v. ſ. epiphanium. et eſt gloſ. in. c. veniens. de teſti. verum etiam in cauſis ciuilibus nō ad mittuntur nec fidem faciunt. vt habetur in. c. i. literis. de teſtib. et not. Specul. in tit. de teſte. in ꝓn. §. opponitur. verſic. item quod eſt parens. et Barto. in. l. ſ. §. diuus. el primo. et. §. antonius. ff. de que ſtio. et. l. maritus. in princ. eo. titu. vbi dicit quod teſtis qui non de buit examinari propter reueren tiam vt ſunt filij famuli et illi in quibus habemus imperiū non ſolum plene probāt: ſed nec ſemi plene imo nec faciunt indicium

etiam cū tortura. vt dicit. d. Hip
poly. de marſi. in. l. j. §. queſtionē
in pricip. ff. de queſtio. in contra-
3 rium tamen eſt veritas. q̄r quo-
tieſcunq̄ tractatur de probando
innocentiam admittātur teſtes
qui alias de iure non admitterē
tur. preſertim quando aliorum te
ſtium copia haberi nō poteſt vel
quādo veritas aliter probari nō
poteſt: ita ſingulariter voluit Jo.
de anan. in conſi. lix. quod icipit
viſa inquiſitione ꝛc. in. j. colum.
Hippo. de marſi. in ſingu. ſuis nu
me. lix. quod incipit innocētib9
Specu. in titu. de inquiſitione. §.
j. in. v. col. ver. ſed nūquid. ꝛ ver.
generaliter. vbi dicit quod reus
poteſt proponere eas excuſatio
nes quas habet ꝛ ꝓbare innocē
tiam ſuā per domeſticos ꝛ cōcu
bicularios ſuos ſecundū quod
tenuit Goffre. in ſum. ver. ſꝫ qua
liter argu. tex. xiiij. q. j. ſint manife
ſte. ꝛ. c. ſequen. ij. q. viij. cum paſto
ris. ꝛ in. c. veniens. de teſti. ꝛ not.
Bart. in. l. quoties. C. de naufra.
4 li. xj. vbi dicit. quod de his que
domi geruntur non ſolum dome
ſtici admittuntur ad teſtimoniū:
verumetiam de iſtis tanq̄ melius
informati ceteris preferūtur: ma
xime quando eſſent perſone ho
neſte ꝛ fidedigne ac probate opi
nionis vt. d. c. in literis. de teſti. ꝛ
in. l. cōſenſu. ꝛ ibi bal. C. de repu.
ꝛ videlatius. d. Hippo. de marſi.
in. d. l. j. §. ad q̄ſtionē. ff. de queſt.
vbi latius tradit iſtam materiā
ꝛ dicit hanc eſſe puram veritatē
ab omnibus doct. approbatam.
¶ Hec tamē limita ꝛ declara ꝓ
cedere poſſe quādo inquiſit9 eſſet
bone conditionis ꝛ fame nec ſo-
lit9 ſſ ſanguine immiſceri vel ire
de nocte alios ſi eſſet vir factio-
ſus ſanguinolētus vel q̄ preceſſe-
ſerant graues inimicitie ipſum ꝛ
occiſum: ꝛ q̄ erat ſolitus ire de no
cte ſepius armatus: vel ſi fuiſſet
viſus illa nocte exire de domo ar
matus ꝛ ambulare per vrbem vel
ante domum illius occiſi et ſimi
lia indicia ꝛ qualitates que ſunt
proxima facto ꝛ reddunt illum
valde ſuſpectum de iſto crimine:
vel ſi fuiſſet repertus eius gladi9
ſanguinolentus de recenti: vel ſi
in loco homicidij fuiſſet reperti:
de mane birretum ſcuffia calcia
mentum chiroteca vel quid ſimi-
le ex bonis vel arma quedam ſi-
cut gladius pugio pars clipei ſi-
ue rotellini aut aliud ſimile quod
redderet illum valde ſuſpectum
non crederē iſto caſu quod teſtes
prenominati facerent plenam fi-
dē de illius innocētia: quia illorū
depoſitiones eliduntur ſiue debi
litātur ꝑ ſupra ſcripta indicia ni-
ſi forſan illa purgaſſet ꝑ torturā.
vt ſupra dixim9 in ꝓcedēti. q. ꝛ ita
teneo ꝑ doctrinā Bar. in. l. fi. i. q̄.
co. ff. de queſt. vide Ang. de are. in
ſuo trac. mal. in gloſ. fama publi-
ca. in. iiij. col. ꝛ Par. de pu. in trac.
ſind. in. c. aduertēdum. ꝛ. l. nō oēs.
§. a barbaris. ff. de re milita. et q̄d
ibi not. Bar. cui ꝯcluſioni nō ob
ſtant ea que ſupra in contrarium
adducta fuerunt: quia loquuntur
in materia penali: ꝛ cōdēnationis
quando agitur de ꝓbādo crimi-
ne ad effectū cōdēnatiōis ꝛ pene
q̄ ſunt magis odioſe: ꝛ iō illis ca-
ſibus probationes requiruntur
luce clariores. d. l. fin. ꝛ. c. epipha-
nium. ꝛ. c. cum oporteat. nos autē
loquimur in materia innocētie ꝛ
abſolutiōis q̄ eſt fauorabilis. d. l.

abſentez.ff.de pen.⁊.c.qualiter ⁊ qñ.de accu.c.veniens.de teſtib.

¶ Summarium.

1 Incarceratus ⁊ innocenter tortus ⁊ damnificatꝰ an ⁊ qđ remedium habeat reſtitutionis.

1 Q Uarto quero † quid ſi incarceratus criminis delati innocens deīnū repertus eſt de cuius innocētia plene cōſtat iudici: nihilominus paſſus fuit maxima dāna in corpore ⁊ in bonis: q2 habuit torturā ⁊ carcerationē ſatis longā adeo qđ fecit magnas expēſas tamen captura quā in carceratiōe p̄dicta an habebit aliquod remediū ad recuperādū dāna ⁊ exp:ſas hmōi et cōtra quē de hoc dicef.ī.eo.lib. in ti.de expen.dā.⁊ intereſ.

¶ Summarium.

1 Uno ſolo a pluribus armatis aggreſſo ⁊ ab vno tantuz occiſo an ille ſolus punietur.

2 Pena ſuū tātū p̄ſequidꝫ autorē.

3 Homicidium in multoruꝫ preſentia ⁊ comitatu commiſſum diuerſimode in materia penali ⁊ reſpectu aſtantium conſideratur.

4 Iura municipalia regulariter puniunt factum.

5 Animus occidēdi an ⁊ quo caſu preſumatur.

1 Q Uinto quero † quid ſi Gaius Sempronius ⁊ Meuius enſibꝰ armati aggreſſi fuerūt Ticiuꝫ ſolū q̄ ab ipſo Gaio vnico vulnere iterfectꝰ eſt an ceteri duo ab iſto homicidio vt inocētes poterūt abſolui ex q̄ cōſtat p vnū tantum.ſ.gaium homicidium ipſum fuiſſe commiſſum.⁊ videtur dicendū quod ſic:

2 † q2 pena ſuū tātū proſequif autorē q facinꝰ ipſum patrauit.l.ſancimus.C.de pen.nec vlteriꝰ pgrediaf metꝰ q̄ reperiaf delictū.⁊.l.fi.C.de epiſco.audi.vbi d2.homicida qđ fecit ſemp expectet:ſꝫ illi q̄ gladio nō feriere gladio perire nō debēt.vt habef.Matth.xxvi.⁊ Io.xviij.c.⁊.xxiij.q.viij.in pn.nec debent propterea amici ꝯſanguinei affines ⁊ ſocij ⁊ q̄ fuere inoxij alterius crimine luere penas.d.l.ſancimus.diſtigue aut loq̄mur de pena corporali que infertur in perſonam: aut de pena relegationis vel pecuniaria vel alia ſimili primo caſu aut homicidiū fuit cōmiſſum in rixa vel quadam repētina ⁊ inopinata violentia ⁊ aggreſſu aut ſciēter ⁊ appenſate cōicato cōſilio ⁊ deliberatione p̄habita. ¶ In p̄rio caſu vez qñ loquimur de pena corporali aut homicidiū fuit cōmiſſum in rixa inopinato rumore ⁊ tūc aut loquimur de iure cōi ſ̄m terminos legis corneli de ſicarijs ⁊ non tenetur de homicidio niſi ille qui p̄cuſſit: ceteri vero vt innocentes ab homicidio ⁊ a pena corporali erūt abſoluēdi vt.l.i.§.diuꝰ.⁊.l.ſi in rixa. ⁊ ibi Bart.ff.ad leg.cor.de ſica.⁊ rō eſt: q2 iſto caſu iura non preſumunt alios habuiſſe aīm occidēdi.d.l.ſi in rixa.in prin.ſi vero p̄baref q̄ oēs pariter hēbant aīum occidendi: ⁊ eo aīo inſultarunt dictū Ticium oēs pariter tenentur de homicidio: lꝫ vnus tātū p̄cuſſerit: q2 in ea lege non factuꝫ ip̄m conſummatum: ſed aīus principaliter cōſideratur: ita dicit Bart. d.l.i.§.diuꝰ.⁊.l.ſi in rixa.et.hin lege cornelia.ff.ad leg.cor.de ſica.⁊ l.is qui cum telo.C.eo.titu. vbi ſi

aliquis cum telo, armatus ambu
lauerit aio aliquē interficiendi lz
ipſm non occiderit neq̧ tetigerit
nihilomin⁹ pena illius legis te-
4 netur. ¶ †Aut loquimur ſecundū
iura municipalia que regulariter
puniunt factū: q2 regulariter im
ponunt penā illi q̄ cōmiſerit ho-
micidium: ⁊ tunc iſta pena corpo
rali non punit̃ niſi ille qui re ipſa
homicidiū ꝑpetrauerit argu. l. ij.
ff. ad leg. aquil. in qua lege aqui-
lia principaliter ꝯſideratur ⁊ pu
nit̃ factū. ſ. qui occiderit ⁊c. vide
Bar. l. d. §. diuus. ⁊ in. d. l. ſi in ri
5 xa. in prin. ¶ †Secundo aūt caſu
ꝑncipali qñ aio deliberato ⁊ cōi
cato conſilio aut loquimur de iu
re cōi ſm terminos. d. l. cornelie
⁊ oēs tenent̃: q2 oēs dicūt̃ habuiſ
ſe aium occidendi. vt eſt glo. not.
⁊ ibi Bar. ⁊ doc. in. d. l. ſi in rixa.
in princ. ⁊ Cyn. ⁊ Bal. in. d. l. is q̄
cum telo. ¶ Aut loquimur de iu
re municipali ſm ſtatuta locorū
⁊ non tenetur niſi qui occiderit ⁊
realiter percuſſerit: rō q2 ſtatuta
ipſa puniūt factū ⁊ non ſolū aiuz
⁊ ſic potius attenditur factū qnā
aius ꝙ ius ex facto ſolo ſine dolo
⁊ aio occidendi nō infertur pena
corporalis in tantum quod lata
culpa iſto caſu non equiparatur
dolo: vt eſt tex. in. d. l. i lege corne
lia. ⁊ per cōſeqnēs ceteri q̄ non ꝑ
cuſſerunt a pena corporali erunt
abſoluēdi: ſed tenētur de auxilio
⁊ fauore minori pena. vt ibi per
eum idē etiā tenet Bal. in. l. non
ideo minus. in penult. col. in ver.
iuxta hoc q̄ro. C. de accuſa. vbi di
cit ꝙ qñ plures ſunt ſimul in eo-
dē loco cōgregati ⁊ contra vnum
quem occiderunt aut vulnerauc
runt vnuſquiſq̧ tenetur de eo qđ

fecit: non autē de eo quod alij fe-
cerūt: licet niſi factū magis diſtin
cte probaret̃ quomodo ⁊ qualiter
vnus impendiſſet auxiliū alteri:
⁊ hoc eſt quādo facta ſunt diſtin-
cta non cumulata ⁊ clare probā-
tur vt. l. ij. §. ſi q̄s. ff. vi bo. rapto.

¶ Summarium.

1 Pluribus de homicidio ſu
ſpectis nec quis actum fecerit ſci
ri poteſt an omnes cōdēnabunt̃.
2 Occiſus ictu lapidis ex domo ali
cuius proiecti nec ꝯſtat de ꝓiciē
te an omnes tūc domi exiſtentes
punientur.
3 Probatio in cā penali debet eſſe
clariſſima.
4 Uulnerat⁹ a pluribꝰ ſi vni⁹ ictu
moriatur an ſolum ab illo dicat̃
occiſus.
5 Duobus ſe ſimul ⁊ ſemel inſultā
tibus an in altero illorum preſu-
matur ſui ipſius defenſio.
7 Innocentia non preſumitur in
clerico male conuerſationis.

1 Exto q̄ro † ꝓſequēdo
materiā q̄d ſi non ap-
paret ⁊ iudici cōſtare
nō pōt cui⁹ ictu ⁊ vul
nere titi⁹ interēpt⁹ ſit
retētis eiſdē terminis. ſ. qđ ticius
vnico tm̄ vulnere ꝑcuſſus ⁊ interē
ptus fuerit an oēs ſint cōdēnādi
de homicidio vel oēs ꝑp hāc du
bietatē abſoluēdi. dic breuiter ꝙ
ſi eſt tāta dubietas qđ nullo non
ꝯſtare pōt de vero ꝑcuſſore poti⁹
oēs erūt abſoluēdi ꝙ oēs vl̄ vn⁹
eor ꝯdēnād⁹: ita tenet elegāter.
d. Spe. i ti. de homic. l. ij. col. ver.
2 † Pone qđ q̄tuor: vbi dicit ꝙ ſi q̄
1 tuor erāt in vna domo ⁊ vn⁹ pro
iecit lapidē ex feneſtra ⁊ preterēū
tē occidit ſi ꝯſtat qđ vnus ex illis
quatuor proiecit lapidem tamen

nullo mode conſtare pōt quis il
lorum proiecerit non erunt oēs
cōdemnandi pena capitis:qꝛ cer
tum eſt ꝙ vnus tantum proiecit:
ergo tres ſunt innocentes nec de
bent vnius delicto ceteri innocē
tes puniri per.l.ſancimus. C. de
3 pen.ꝛ.l.abſentē.ff.eo.tit.qꝛ murct
non deficitius ſed probatio vt.l.
duo ſunt titij.ff.de teſta.tute.que
quidem probatio debet eſſe luce
clarior in cauſis criminalibus ꝛ
maxime in his in quib9 tractatᷓ
de pena corporali.l.ſciant cūcti.
C.de proba.ij.q.viij.ſciāt.hoc ta-
men limitandum eſt niſi oēs illi
quatuor ſtudioſe ꝛ cōicato conſi
lio acceſſiſſent ad illā domuꝫ in
eaq ingreſſi fuiſſent eo aio ꝛ intē
tione vt dcm̄ titiū tranſeuntē lapi
de interficerēt:qꝛ iſto caſu oēs pa
riter ꝯdēnādi erūt pena capitis
ille qui proiecit ex facto proprio
ceteri vero de mādato tenentur
ita dicit Spe.in.d tit.de homici.
4 ver.pone.¶ †Poſſet etiā hic iſe
ri alia qō q̄d ſi plures iſti percuſ-
ſerunt titiū ꝛ intulerant ſibi plu-
ra vulnera q̄ poſt aliqd̄ tp̄s repi-
tur mortu9 ꝛ neſcitur ex quo vul
nere.quia habebat plura vulne-
ra letalia in perſona ſua ꝛ a pluri
bus aggreſſoribus illata dubitatur
ex quo vulnere periit tm̄ neſcitur
a quo vuln9 ipm fuerit illatum:
ꝛ quid ſi habebat vnicū vuln9 le
tale cetera vero duo vel tria mi-
nora nō letalia ꝛ a plurib9 illata
ꝛ mortuus fuerit:an oēs teneantᷓ
de homicidio quaſi oēs occidere
vel null9 rōne dubietatis.de ol-
b9 his vide Bart.l.d.l.ſi in rixa.
in.ij.ꝛ.iij.col.q̄ hic nō inſero bre-
uitatis cauſa quia ſunt notiſſi-
5 ma†Et quid ſi duo ad inuicem ſe

inſultarūt ꝛ eodē tpe ꝛ quaſi mo
mento adinuenātes adinuicē eua
ginatis enſibus vnus venit occi
ſus ab altero:ſupſtes vero q̄ oc-
cidit dicit ſe defendēdo illud fe-
ciſſe ad ſui defenſionē:ꝛ probari
nō pōt quis primo ꝛ quis ſecūdo
inſultauerit an rōne iſtius dubie
tatis ille occidens debeat abſol-
ui:vide Bar.i.l.j.§.cū arietes.ff.
ſi quadru.pauper.fe.dica.ꝛ ibi la
te p.d.Alex.in apoſtil.nūquid in
dubio preſumendū ſit illū fecisse
ad ſui defenſionē vel ad offenſaꝫ
qui prius inceperit.¶ Que auteꝫ
diximus ſupra de eo qui plurib9
vulneribus confoſſus mortu9 eſt
ꝛ apparere non pōt cui9 ictu pe
rierit rōne dubietatis nemo puni
tur pena homicidij:illud eſt verū
de iure ciuili q̄n agitur de pena
corporali:qꝛ tūc neceſſe eſt quod
adſit dolus ꝛ luce clarius pbetᷓ.
l.i lege cornelia.ff.de ſicar.ꝛ.l.fi.
6 C.de pbat.¶ †De iure aūt cano
nico ſecus eſſet:qꝛ in dubio cleri-
cus potius cēſetur irregularis ꝙ
innocens ꝛ ppea debebit ſe abſti
nere a diuinis lꝫ clare ppēdi nō
poſſit an ictu clerici vl' alteri9 ille
perierit vt eſt tex.i.c.ſignificauit.de
homic.ꝛ ibi Abb.Joan.de imo.ꝛ
alij canoniſte.rō eſt qꝛ illud fit fa
uore aie ꝛ nullum corpori detri-
mentum infertᷓ abſtinendo:ſed ſe
imiſcēdo poſſet eē periculū vt ibi
dicitur:vide ēt.Bar.in.l.ſi ex pla
gūs.§.ſ.ff.ad leg.aquil.Bald.ꝛ
Jmol.in.l.cū mulier.ff.ſo.lu.mat.
ꝛ in.d.l.ſemel mora.co.ti.

¶ Summarium.

1 Conſanguinei vel amici ho
micide poſt commiſſum homici-
diū ipſuꝫ in locū tutū deducētes
an cenſeantᷓ criminis participes.

2 Aſſocians maleficū in receſſu an videatur aſſociaſſe in acceſſu.

Eptimo ꝛ vltio ſilē-
rio nō ꝑtermittam
hāc vltimā.q.i hac
materia q̄ ſepi⁹ cō-
1 tingit in facto † qđ
ſi plures armati cō
ſanguinei vel amici ipſius homi cide ſtatim completo homicidio in loco cōmiſſi criminis cōparue rūt ipſumq; homicidā aſſociarūt ꝛ reduxerunt ad locū tutū ipſum defendēdo a manibus inimicoꝛū ꝛ curie an vt ꝑticipes ꝛ cōſcij cri- minis ꝛ auxiliatoꝛes ſint ꝯdēnan di: ꝛ ſi ſr an ꝑſumēdū ſit ꝙ fuerint cōſcij a principio de homicidio ꝑ petrādo ꝛ qđ cōicato prius con- ſilio illud fieri mādauerint ꝟo ſtu dioſe ꝑcul ſteterint noluerūt ſe di ſcooperire niſi poſt factū an teneā tur de homicidio pena capitis vl alia pena ꝛ q̄ rñd. qđ aut iſti aſſo- ciātes a ꝑncipio cōicato ꝯſilio cū ipo homicida venerant eo aīo ꝛ ad illū effectū vt occultarēt ſe ꝓ pe locū criminis ꝛ expectarent ibi donec ꝑficeref ꝛ caſu q̄ opoꝛteret aſſiſterēt ꝛ tūc tenerenf et ſocij vł de auxilio aut caſualr trāſeuntes ꝑ illū locū inuenerūt eoꝝ ꝯſangui neū occidiſſe: ꝛ ꝯiciū: idem eſt ſi poſt factū audito rumoꝛe occurrerunt eoꝝ agnatū: q: nō ꝑſumif a ꝑnci pio illos fuiſſe ꝯſcios ꝛ nō tenenf ꝓut in ſiħ decidit Spe.inti.de ho mic.ꝟ.pone qđ quatuoꝛ hoies ꝛc. ita dicit Sali.i.l.vnica.in.iiij.col. ꝟ.ex.vſ.ꝑte ꝛ.v.col.ꝟ ex nūc tran-
2 ſeam⁹.C.de rapta virg. † ꝛ Bal. in.l.nō iōmiu⁹.C.de accu.in.vij. col.in.ꝯſi.q̄ro an aſſociās ꝛc.vbi meli⁹ declarat iſtū articulū ꝛ q̄rit an ille q̄ aſſociat ad receſſum vi- deat aſſociaſſe ad maleficiū com mittēdū ita ꝙ puniri poſſit vt au xiliatoꝛ ꝛ dicit ꝙ aut q̄s aſſocia- uit ante factū ꝛ nulli dubiū eſt ꝙ tenef: aut poſt factū: ꝛ tūc aut im- mediate facto maleficio illi appa ruerūt ꝛ aſſociarūt malefactoꝛez ſiue homicidā: ꝛ tūc certū indiciū eſt cōtra ipſos ꝙ fuerint dicti ma leficij cōſcij ꝛ participes: et vt au- xiliatoꝛes tenētur. ita dicit Bal. ibi qui allegat text.in.l.ſi vētri.§. fi.ff.de ꝑui.credi. ꝛ ita dicit qđ ꝫ Alberi.ibi ꝛ Cy.in.l.j.C.de nil ag- ge.nō rūp. Aut aſſociarūt ex īter- uallo ꝛ nō poterunt puniri vt ſo- cij de auxilio qđ opez pꝛeſtiterint maleficio: ſed poterūt puniri que admodū punif receptatoꝛ. ita di- cit ipſe qui dicit ꝙ Alberi.et alij doc. hoc idē tenent. qua pena te- neanf receptatoꝛes videri pōt in toto tit.ff.ꝛ.C.de receptato.

## De penaꝝ cōpoſitionibus.

### Summarium.

1 Cōpoſitio quid in actu iudi- ciali dicatur.
2 Perſona rōnalis dicitur triplicē qualitatē eſſentialē cōtinere.
3 Cōpoſitio in mā penarū quid ſit.
4 Compoſitio in penalibus dupli- citer conſideratur.
5 Cōpoſitio dꝫ de partium cōſenſu fieri alias extoꝛtio dicitur.
6 Eccleſia debet ſanguinem abhoꝛ rere.
7 Cōpoſitiones penales non fiunt abſq; cauſa rationabili.
8 Compoſitio in actu penali plura pꝛeſupponit conſideranda.
9 Compoſitio nō admittitur in cri- minibus atrocibus.
10 Venie facilitas incentiuū tribuit delinquendi.
11 Compoſitio nō fit fallaciter poſt

latam ſententiam.
12 Pecunia in cōpoſitiōe impoſita
venit fiſco applicanda.
13 Compoſitio ſuccedit loco pene.
14 Compoſitio in materia penali an
etiam famam deleat.
15 Corrūpens ptē pecunia vel aliter
vt illā decipiat nō euitat īfamiā.
16 Uerba iſta ad effectum redimen
di vexationes &c. inducunt pro-
ceſſus & litis extinctionem.

SEquitur nūc decla
randa alia ſpecies
relaxatiōis q̄ fit per
compoſitionē pene
factā cū fiſco aut cū
curia. Et hec eſt pri
ma q̄ fit lite pēdēte: vt ſupra dixi-
1 mus. ¶ † Primo ēm quero q̄d ſit
cōpoſitio vt pcedentiū ordo ſerue
tur? Reſpond. ſumendo hoc ver-
bum cōpoſitio ſimpliciter & gene
raliter. Compoſitio eſt plurium
ſimplicium commixtio partis ad
partes q̄ cadit tam in rebus ſen-
ſatis & intellectualibus q̄ī inſen
ſatis & materialibus: vt eſt gloſſ.
not. in. c. j. de ſum. trini. in ver. ſim
plex. que dicit q̄d in diuina eſſen-
tia triplex figuratur perſona ſub
eadem tñ ſubſtātia & ſubiecto eo-
2 dem modo. † in qualibet aīa ra-
tionali & in vna eſſentia naturali
ſiue ſubſtantia ſpirituali triplex
reperit qualitas eſſentialis. ſ. in-
tellect⁹ rō & memoria. intellectus
ēm eſt qui cōparat patri: rō ideſt
ſapientia que comparatur filio &
memoria q̄ cōparatur ſpūi ſctō:
de his tñ vlterius non me intro-
mitto: q2 non faciūt ad materiam
noſtrā: hec modica dixiſſe volui
p aliquali notitia iſti⁹ verbi. vide
gloſ. ibi: & latius. d. Feli. in. c. no-
3 uit. in. ij. col. de iudi. ¶ † Secūdo

ad materiā noſtrā quero q̄d eſt cō
poſitio in iſtis terminis? Reſpōd.
Cōpoſitio eſt cōuentio q̄dā p reū
cū pſide facta ex cā lite pēdēte de
dubio criminis ſtatu deſoluēdo fi-
ſco certā pecuniaꝝ ſummā ad ef-
fectum redimēdi vexatiōes litis:
vt probat in. l. ab accuſatione. l.
deſint. &. l. ſequē. ff. ad ſenat. con.
turpil. & in aut. de defenſo. ciuita.
§. quia vero. &. c. fi. de tranſac. vbi
4 eſt tex. not. ¶ † Et anteq̄ ad vlte-
riora pcedā nota q̄d in hac mate
ria due ſunt ſpecies cōpoſitionū
vna eſt q̄ fit cum fiſco vel Preſide
que cōcernit intereſſe reipub. Al
tera vero eſt que fit cū parte offen
ſa que dicitur priuata ex quo cō-
cernit intereſſe priuatū. l. tranſi-
gere. C. de tranſac. &. d. c. fi. eo. tit.
Examinemus modo ſingula ver
ba dicte cōpoſitionis publiceque
fit cum Preſide vel fiſco. Dicitur
enim primo q̄d eſt conuētio que-
5 dā &c. † nam compoſitio iſta fiēda
eſt de cōcordia & cōi ꝯſenſu alias
ſi violēter fieret diceretur potius
extorſio quedam illicita. l. j. C. ſi
p vim vel alio mod. l. extat. ff. q̄d
met. cau. &. l. j. &. iij. &. l. lex iulia de
repetūdis. ff. ad leg. iul. repetūd.
& ideo iudex vel alius magiſtra-
tus teneretur in ſindicatu ad re-
ſtitutionē pti. d. l. j. &. l. lex iulia. et
l. extat. Quis enim compoſitiōes
iſte ſepi⁹ fieri cōſueuerunt p iudi
ces eccleſiaſticos etiā vbi de cri
mine plene cōſtat: maxime in cri
minibus capitalibus & in quibus
veniret imponenda pena ſangui
nis: & que cōmutat in pecuniaria
pena. xvij. q. iiij. ſi quis diacon⁹. &
6 c. ſequen. & hoc eſt quia † eccleſia
abhorret ſanguinem. c. ſniam ſan
guinis. ne cleri. vel mona. et. c. in

archiepiſcopatu.de rapto.l.ſ.diſt.
c.j.ꝛ de exceſ.plat.c.ex lrīs.l.diſt.
ſi quis viduam.vide Abba.et.d.
Joan.de imol.in.d.c.ſniam ſan⸗
guinis.ꝛ in.c.ſicut dignum.de ho
micid.ꝛ per Arch.in.d.c.ſi quis
diaconus.xxij.q.iiij.ꝛ propterea
indices eccleſiaſtici ſunt facilio⸗
res in cōponēdo ꝛ cōmutādo pe⸗
nas quā in rigoroſa ſanguinis ef⸗
fuſione per iura predicta:ſed iſta
nō dicit ꝓprie cōpoſitio ſꝫ potꝰ
diſpenſatio ꝛ cōmutatio pene.vi
de Ab.in.d.c.ſicut.ꝛ.c.ſniam.Itē
dicitur conuentio facta cum ꝓre
ſide ad differētiā illius que fit cuꝫ
parte aduerſa:nā illa proprie ap⸗
pellat tranſactio.l.tranſigere.C.
de trāſac.l.fallaciter.ꝛ.l.fin.C.de
abolit.l.deſtitiſti.et.l.ab accuſa⸗
7 tiōe.ff.ad ſenat.cō.turpil.¶ †Ex
cauſa ideo dictū fuit:qꝛ ꝯpoſitio⸗
nes hmōi abſq; cā rōnabili fieri
nō poſſunt.l.aut facta.§.fi.ꝛ.l.ca⸗
pitaliū.§.ſolent.ff.de pen.c.ſicut
8 dignū.de homic.† in his eñ ꝯpo
ſitionibus plura ſunt conſiderā⸗
da:ꝛ primo perſone cōditio:vt ſi
alias ſit nobilis ꝛ honeſta ꝑſona
ꝛ in ſimilibus exceſſibꝰ alias nō
inciderit:vt cum eo admittatur
cōpoſitio alias ſi eſſet turpis per
ſona ꝛ criminoſus vel aſſuetꝰ nō
admittitur compoſitio ſicut non
admitteretur diſpenſatio:vt.d.c.
fi.de trāſ.ꝛ.l.tranſigere.C.de eo.
ti.ꝛ.l.fi.C.de ablutio.ꝛ.l.iij.in fi.
C.de epiſcopa.audien.Itē quali⸗
tas facti ne ſit de atrocioribus vt
eſt crimē hereſis leſe maieſtatis ꝛ
ſimiliū item tēpus:locus:intētio
delinquētis:etas:qꝛ facilius cum
minore ꝙ cum maiore ꝯponitur.
9 ¶ †Item ſexus:qꝛ mulieri faciliꝰ
ignoſcit ꝑꝑ ſexus fragilitatē quā
viro ſ dūmodo non ſit mulier ma⸗
ligna ꝛ rixoſa ꝛ in ſimilibꝰ aſſue⸗
ta:qꝛ nō erit digna principis lar⸗
gitate ꝛ legis benignitate.d.l.iij.
in fi.C.de epiſ.audi.cum eñ iudex
indigno veniā indulget.ad pzola
pſiōis contagiū prouocat vniuer
10 ſos † quia facilitas venie incen⸗
tiuū tribuit delinquendi.xxiij.q.
iiij.eſt iniuſta in fide.ꝛ in.c.vt cle⸗
ricoꝝ.de vit.ꝛ hone.cle.l.ſ.C.de
emēda.ꝓpin.Spec.in tit.de aduo.
§.ꝯſir in fi.de qualitatibus enim
predictis cōſiderādis habetur in
l.reſpiciēdum.§.delinquunt.ꝛ.l.
aut facta.§.j.ꝛ ſequen.ff.de pen.
ꝛ.l.capitalium.§.ſolent.eo.titu.c.
ſicut dignum.de homici.¶ Lite
pendente ideo dicuntur iſta ver⸗
ba:qꝛ poſt latā ſniam ſero fieret
ꝯpoſitio q̄ fieri nō poſſet per iudi
cem q̄ ſemel functus fuit officio
ſuo.l.iudex poſtꝙ.ꝛ ibi Bar.ff.de
re iudic.c.i lrīs.ꝛ ibi Abb.ꝛ Inn.
de offi.delega.fieri tñ poſſet poſt
latam ſniam ꝓ principis auctori⸗
tate ꝛ decreto.l.j.in fi.ff.de q̄ſti.et
11 ibi Bar.ꝛ moder.† anteꝙ plene
conſtet de crimine:ideo dictū eſt
quia liquidato crimine ferēda eſt
ſnia:ꝛ iuxta determinationeꝫ iu⸗
ris pena erit certa ſtatuenda ſiue
declaranda in ſentētia.l.ij.ꝛ.l.fi.
ff.de cuſto.reo.ꝛ.l.capitalium.in
princi.ff.de pen.l.j.§.j.ver.nam ſi⸗
quidē.ff.ad turpillia.niſi euidens
ratio ꝛ vrgens cauſa aliud ſuade⸗
ret ꝙ pena iuris ꝑmutari vel al⸗
terari deberet quod iudex facere
pōt.qꝛ iſtud arbitriū hꝫ a lege:vt
late ſupra diximus in tit.de legit
ſenten.execu.q.vj.ſiue vltima.e
habetur per Barto.ꝛ doc.in.d.l.
aut facta.§.fi.ꝛ.l.quid ergo.§.pe⸗
na grauior.ff.de his q̄ no.infam.

⁊ alijs iurib⁹ ibi no. ex quo ſequit̃
qđ poſtq̃ reus fuerit cõfeſſus cri
men nõ poterit amplius fieri iſta
compoſitio: ſed debet ferri ſnīa ⁊
certa pena declarari. Sequitur in
12 tbeinate de ſoluendo fiſco ⁊c. †
pecunia enim que ſoluitur ꝓ cõ-
poſitione regulariter debet per-
13 ſolui fiſco: † quia iſta compoſitio
ſuccedit loco pene. l. ſenatus. §. ſi
quis delator ẽ ⁊. §. ſequen. ff. de iu-
re fiſ. de iure tñ canonico in foro
eccleſiaſtico alio modo applican
tur iſte pecunie cõpoſitionum: qꝛ
illaꝝ medietas applicat̃ eccleſie:
altera vero medietas diſtribuit̃
inter pauperes niſi epſ eẽt pauper:
qꝛ tunc poſſet illã medietatem ꝓ
ſuis indigẽtijs retinere. c. preſby-
teri. de pen. xvij. q. iiij. quid ſub-
diaconum. alias eñ ſi index pecu
nias ipſas pro ſe retineret vel im
burſaret teneret̃ crimine pecula-
tus ⁊ de barattaria cõmiſſa tene
retur q illas itegraliter parti re-
ſtitueret cũ maximo eius dedeco-
re et ignominia. l. j. ij. et iij. ff. ad
leg. iul. repetũ. ⁊ not. in. c. ſciſcita-
tus. de reſcrip. dꝫ etiã fiſco appli-
cãda ad differẽtiã illi⁹ que appli
cat̃ parti qñ fit priuata ꝯpoſitio q̃
fit per tranſactionem. d. l. tranſi-
gere. C. eod. tit. Supereſt vltima
14 particula declarãda ad effectum
abolẽdi ꝓceſſum ⁊ redimẽdi ⁊c. †
hec ṽba nõ abſq; miniſterio fue-
runt appoſita ſm̃ Bart. in. l. is q̃
reus. ff. de publi. iud. ⁊ in. l. ſi reus
paratus. ff. de procur. naꝫ ex iſtis
verbis euitatur infamia que oriꝛ
ex illo crimine qñ cõſtaret de illo
⁊ feretur ſnīa: vt latius infra dice-
tur in ſequẽ. q̃one. preterea ſi dice
retur ad effectum euitandi penã
non valeret compoſitio tanq̃ fa-
cta in fraudẽ fiſci. l. impato: es. ff.
de pollicita. ⁊ reus per illa verba
cenſeretur virtualiter fateri deli-
ctũ ⁊ nõ poſſet infamiã euitare. l.
15 qñ. ff. de his qui not. infam. † q̃
vero paciſcitur cum parte vel il-
lam pecuniã corrũpit ne accedat
ad curiam ad illum accuſandum
non euadit infamiaꝫ nec tollitur
propterea effectus accuſationis
vel inquiſitiõis: ⁊ nihil ſibi ꝓdeſt
compoſitio quo ad curiam ac ſi
nihil feciſſet: ⁊ ita ſepe faciunt iu-
dei rome: quia pecuniã corrũpũt
aduerſariũ ne accedat ad curiaꝫ
⁊ crimen iudici deferat: nihilomi
nus poſtea p exploratores ſecre-
tos quos ſpiones vulgariter vo-
cant ſolẽt crimina poſt modũ de-
ferri ⁊ cõperta veritate acrius pu
niunt̃: ⁊ ſic illarũ pecuniaꝝ expo-
ſitio nihil ſibi ꝓdeſt. l. ſi. ff. ad tur-
pil. l. fallaciter. ⁊. l. ſi. C. de abolit.
vide Bar. in. d. l. is qui re⁹. p illa
enim verba ad effectũ redimẽdi
vexationes litis ⁊c. nota q p iſta
verba fit abolitio ꝓceſſus ⁊ litis
16 extinctio. † ⁊ perdendo vexatiões
iudicij redimit quietem argu. l. ſi.
C. de feri. l. properãdũ. C. de iudi.
⁊. c. finem litibus. de dolo ⁊ cõtu.
⁊ nota etiã q per compoſitionem
hmõi fit abolitio ꝓceſſus: nõ tñ
reus abſoluitur vt innocens per
diffinitiuã ſniam. qꝛ ad illam de-
ueniri non põt niſi plene cõſtite-
rit de illius innocẽtia: vt ſupra di
ctũ fuit in titulo de abſolutio. in-
noc. in. ij. q. ⁊ not. in. l. ſ. §. fin. ff. de
queſtio. ⁊. l. cuſtodias. ⁊ ibi Bar.
ff. de publi. iudi. vide etiam dñm
Pau. de put. in. d. ſuo trac. ſindi-
ca. in. c. compoſitio. fo. xl. vbi la-
tius ceteris hanc compoſitionis
materiam exponit.

Summarium.

1 Compoſitio non fit indifferenter cũ omnibus perſonis.
2 Remiſſio pene non eſt bis in idipſum facienda.
3 Cõpoſitio dr̃ grãm in ſe ꝯtinere.
4 Correctio ⁊ pena dr̃ quedã medicina ad diſciplinã reuocatoria
5 Indulgentia indigne indulta dr̃ ad prolapſum prouocatoria.
6 Facilius venie incẽtiuum tribuit delinquendi.

1 SEcũdo q̃ro cũ quibus pſonis fieri poſſit cõpoſitio? Rñd. q᷑ non debet cũ omnibus indifferẽter fieri: ſʒ cũ illis dũtaxat de q̇bus ſperaẜ qđ amplius in eiſdẽ criminib9 nõ incidet ⁊ q̃ erroris cõmiſſi facile ſe emẽdabũt: ⁊ cũ illis quoq; qui ſemel tantum inciderũt in crimen nõ autẽ cum illis qui delinquendi cõſuetudinem cõtraxerunt. l. iij. in fi. C. de epi. audien. vbi ſingulariter dicit
2 Imperator: remiſſionẽ venie crimina niſi ſemel cõmiſſa non habeant nec in eos liberalitatis auguſte referatur humanitas q̃ impunitatẽ veteris admiſſi nõ emẽdationi potius q̃ ꝯſuetudini deportauerint ⁊ lʒ tex. ille loquatur in caſu quo delinquens ex mera principis liberalitate veniã cõſecutus fuit nihilominus doct. ad hanc cõpoſitionis ſpeciẽ frequẽ
3 ter accõmodant ⁊ merito. † q2 cõpoſitiones hm̃oi ſpeciem quãdã gratie in ſe continere dicunẜ per quas primo ꝯſeruatur fama illeſa: ⁊ proprij criminis pena minuitur: vt in. c. fi. de traſac. xvij. q. iiij. ſi diaconus. ⁊ in. c. ij. de pen. c. ſicut dignũ. de homici. ⁊ iõ negari non põt qđ quãdã gratie ſpeciẽ in ſe nõ cõtineat. vide tex. no. l. fi.
4 C. de emenda. propin. tibi quos ad vite decora domeſtice laudis exempla nõ reuocãt correctiõis ſaltem medicina cõpellat. ad idẽ eſt tex. iuncta glo. in. c. vt clericorum. de vit. ⁊ honeſt. cleri. ⁊ Spe. in tit. de aduo. §. ⁊ cõſequẽter. in fi. xxiij. q. iiij. eſt iniuſta. in fine. dũ
5 dicitur vni index indigno veniã indulget ad ꝓlapſionis cõtagiũ
6 ꝓuocat vniuerſos. † facilitas eñ venie incentiuũ tribuit delinquẽdi. ⁊ ꝓpterea q̃ hm̃oi morib9 corrupti ſunt ab ipſius cõpoſitiõis beneficio tãq̃ indigni merito repellẽdi ſunt per iura predicta.

Summarium.

1 Cõpoſitio in quibus criminibus fieri poſſit.
2 Cõpoſitio non fit in criminibus atrocibus pncipe inconſulto.
3 Iudex ex cã poteſt cõpoſitionẽ in criminalibus inducere.
4 Compoſitio facile fit vbi nõ conſtat de culpa.
5 Cõpoſitio parte non vocata vel non cõtenta nulla eſt.
6 Iudex põt in minorib9 delictis q̃cũq; ad cõpoſitionẽ deuenire.

TErtio q̃ro in q̇bus caſibus ⁊ ſup q̇bus criminib9 fieri poſſit hec cõpoſitio: ⁊ an liceat in oĩbus gñaliter cõponere Rñd. q̃dã dixerunt quod in illis caſibus ⁊ criminib9 in q̇b9 reus trãſigere põt in eiſdem quoq; et componere licet. ita econtra vbi tranſactio denegaẜ ibi etiã cõpoſitio nõ ꝑmittitur: q2 compoſitio ⁊ trãſactio idẽ ſonant: vt eſt text. in. l. ab accuſatione. in pñn. ff. ad

turpil.τ.in.c.fi.in prin.de trãſ. tu
aũt dic aut loqmur de cõpoſitio
ne priuata illa.ſ.q̃ fit cum parte
offenſa τ que concernit intereſſe
priuatum:τ iſta hʒ conformitatẽ
τ ſimilitudinẽ trãſactionis:Ita fa
tendũ eſt q̃ fieri põt in caſibus τ
criminib9 illis in q̃bus tranſige-
re licet per.d.l.ab accuſatione.τ
per ea que notantur in dicto.c.fi.
¶ Aut loqmur de cõpoſitiõe pu
blica que fit cum fiſco vel curia:τ
q̃ concernit intereſſe publicũ.Et
iſta indiſtincte in omnib9 crimi-
nib9 fieri põt ex quo ſuccedit lo
co pene.d.c.fi.de trãſ.τ.c.ij.de pe
nis.xvij.q.iiij.ſi q̃s diaconũ.not.
Bal.τ doc.in.l.venia.ſup glo.fi.
2 C.de in iuſ.voc.Tu aũt clari9 di
ſtingue qd aut nos ſum9 in atro-
ciſſimis delictis vt eſt crimẽ leſe
maieſtatis:τ hereſis: rapt9 virgi
nũ τ filiũ.τ i iſtis iudex ɔponere
nõ põt niſi p̃ncipe ɔſulto τ de ei9
exp̃ſſo mãdato.l.q̃ſq̃s.in princ.l.
meminiſſe.C.ad leg.iul.maie.τ.l.
j.in princ.l. lege.xij.tabu.τ.l.fi.ff.
eo.tit.rõ eſt:qꝛ p iſtud crimen in
perſonã ipſi9 principis vel ſui ſta
tus tranquilitatẽ machinatur vt
in.d.iurib9. τ.l.maieſtatis.ff.eo.
tit.τ ideo in iſtis nõ licet cõpone
re abſq3 illius ſciẽtia τ cõſenſu q̃
principaliter leſus reperitur: vt
d.l.meminiſſe.τ.d.l.j.ff.eo.tit.τ.l.
vnica.C.de raptu virg.§.pe.vbi
eſt inhibita cõcordia patri puel-
le rapte cum ipſo raptore. Aut ſu
mus in alijs criminib9 atrociori-
b9 iſtis exceptis vt eſt crimẽ aſſa
ſinij:falſe monete:veneni: ppina
tionis:homicidij:τ ſimiliũ:τ tũc
aut plene conſtat de crimine:aut
nõ cõſtat plene ſed adſũt p̃ſum-
ptiões vehemẽtes τ incidia vrgẽ

tia:p̃mo caſu nõ licet iudici ad cõ
poſitionẽ ipſam deuenire:ſed de
bet pſequi cauſaʒ vſq3 ad fineʒ τ
certã ferre ſniam penaſq3 a iure
ſtatutas imponere.l.cuʒ reis.τ.l.
ſancim9.C.de pen.τ.l.fi.C.de cu-
3 ſto.reo.qd verũ puto n̄ ſi. ¶ Iu
dex ex iuſtis τ rõnabilib9 cauſis
ad aliud declarãdũ moueref:qꝛ ſi
aliq̃ iuſta cã vt eſt minoris etas
ignorãtia:error:caſus fortuitus:
aut iuſt9 dolor vel alia ſimilis cã
animũ iudicãtis moueret ad mi
tigãdũ penas τ iuris ſtatuti rigo
rẽ tũc ad cõpoſitionẽ iſtã deueni
re poſſet q̃ppe cũ penas certas a
lege ſtatut: ſex q̃litatib9 τ rõni-
bus τ cauſis ſupradictis minue-
re alleuiare vel in alterã ſpẽm cõ
mutare põt etiã ſi feraf ſentẽtia:
τ hoc arbitriũ ipſe iudex hʒ a le-
ge vt.ſ.lati9.dixim9 in ti.de exe-
cutio.ſen.q.vj.vt.l.reſpiciẽduʒ.§.
delinquunt.τ.l.aut facta.§.fi.l.ſi
q̃s aliqd.§.inſtrumẽta.τ.l.abſen-
tẽ.§.fi.ff.de pen.l.qd ergo.§.pe-
na grauior.ff.de his qui no.infa.
l.ab accuſatione.in prin.ff.ad ſe-
nat.conſul.turpil.vide tex.valde
not.in.c.fi.de trãſ.τ Spe.in titu.
de p̃parat.iudicio.§.j.verſi.circa
iudicẽ.τ ver.ceterũ.τ habetur.xc.
diſt.ſtudendũ.τ.v.q.ij.ſi p̃mates.
4 τ ibi.d.Arch.xxij.q.iiij.ſubdia-
conũ.vbi de multiplici ɔpoſitiõe
penaruʒ habetur mentio.τ cano
niſtas.in.d.c.fi.de trãſac.τ in.c.ij
de pen.τ ibi Abb.ſecũdo vero ca
ſu quãdo nõ plene cõſtat de cul-
pa rei τ tunc nulli dubium eſt q̃
fieri põt cõpoſitio p iudicẽ ɔcor-
data cũ parte leſa:τ ita intelligaf
tex.in.d.c.fi.de trãſac.τ l.d.c.ij.
de pen.τ.v.q.ij.ſi primates.τ.xc.
diſtin.ſtudẽdũ.xxiij.q.v.circũce-

5 liones.z.xxij.q.iiij. innoces † alſ ſi fieret cōpoſitio pte nō ꝯcordata poſſet reclamare i iudicio z ꝑ ſeq iudiciū ꝯ ip3 reū pro ſuo intereſſe.ita not.tenuit Salic.in.l.ſi ꝑ fure.ff.de cōdi.fur.z ē gl.not.z ibi Bal.z in.l.venia.in gl.fi.C.de in ius vocā dū tamē cōpoſitio ipſa fiat aliqua rōnabili cauſa z cum perſona honeſta que iſtud beneficium mereatur cōſideratis etiā criminū qualitatibus z facti circūſtantijs z his ſimilib9: vt in.d. c.fi.in fi.de trāſac.z habet in.c.ſignificaſti.de homicid.z p Bart. in.d.l.reſpiciendū.§.delinquūt.z l.aut facta.z.l. ſi quis aliquid.§. inſtrumēta.ff.de pen.z Bar.in.l. iij.§.diuus.z in.l. ſi in rixa.ff. ad leg.cor.de ſicar.z.l.q̄d ergo.§. pena grauior.ff.de his q̄ not. infa.

6 † Aut ſumus in minoribus delictis in quibus iudex h3 mai9 arbitriū: z nō eſt dubiū qđ iudex poteſt in illis qñcunq̃ deuenire ad compoſitionē parte maxime concordata vt dn̄t Cano.in.d.c.fi.de tranſ.z in.d.c.ij.de pen. z Archi. in.d.cano.ſtudēdū.xc.diſt. z.v.q. ij.ſi primates.z per Spec. in titu. de offi.om.iud.§.deſeruit.ver. et generaliter.z idem Spec.in titu. de preparat.iud.§.j.ver.circa iudicē.z idem etiam in titu. de treuga z pac.per totū.vbi pleni9: videquib9 ſic ſupra concluſis non ob.tex.in.c.j.z.ij.de collu.deteg. vbi not. ꝙ licet partes ipſe.ſ. re9 1 z accuſator iter ſe compoſuerint z concordauerint adeo quod crimen intentatū nō proſequerent 2 vlterius nihilominus iudex non 3 debebit deſiſtere qñ ad vlteriora procedat vſq̃ ad finem: qz ibi fuit facta colluſio fraudulēta in ter partes ipſas interueniēte pecunia z ad effectum fraudandi iudicium ſiue fiſcū: ꝓpterea nō toleratur quin ea non obſtante ad vlteriora in crimine procedaf: et hoc videf innuere tex.ibi in fi.in ver.nō ex charitate. z melius gl. in ver.hoc declarat: qđ facta bono zelo tolerari poteſt.per tex.in dicto.c.fina.de tranſac.z.v.q.ij.ſi primatus.z.xc. diſt. ſtudendum. vide Abba.z Jo.de imo.in.d.c.j. z.ij.de collu.deteg.z in.d.c.fin.de de tranſac z Spec.in.d.ti. de off. om.ind.d.§.deſeruit.§. z generaliter.z p do.Feli.in rub.de treug. z pac.z per Joā.and.in addit.ad Specu.in tit. de ꝑpara.iudi.§.j. ver.ſed quid ſi eſt iam in cauſa cōcluſum zc.vbi allegat multas cōcordantias z doctrinas doct. ad hoc vide Bar.in.l.cōgruit.ff.de offi.preſid.in fi.z Bal.in.d.l. trāſigere.C.de tranſac.z idē Bal.in l.venia.in fi.C.de in ius vocan. z Ang.in aut. vt litig.iurent.§. fi. Bal.in.l.extimauerunt.ff.ſi cer. pet.z in.l.ex ſtipulatiōe.C.de ſenten.z interlo. om. iudi. z videas etiam licet confuſe loquatur in hac materia dn̄m Parid.de pu. ſuo trac.ſind. in. c.cōpoſitio ſol. xl.z Barto.in.l.ſi qui reus.ff.de publi.iudi.z Panor.z canoniſt. in.d.c.fi.de tranſac.z.c.ij.de pen. cum ſimilibus.

¶ Summarium.

Reus componens cum curia vel fiſco cum conſenſu partis dicatur fateri delictum.

Cōpoſitio qualr ſit tute faciēda.

Compoſitio priuata poteſt ſola parte contenta fieri: z an talem procurans compoſitionem dicatur fateri delictum.

1 QUarto quero † an
p cõpoſitionẽ factã
cũ curia vel fiſco in
terueniẽte cõſenſu
ptis leſe reꝰ cẽſeat
fateri delictum: ita
qđ incurrat infamiã ſaltim facti.
Reſpõ. aut cõpoſitio ipſa fit mere
cũ Preſide vel iudice pro publi-
co intereſſe ⁊ ſm illã formaz tra
ditam. s. q. j. ſ. ad effectum euitan
di incõmoda litis ⁊ redimẽdi ve
xationes iudicij ⁊ nullã incurrit
infamiã iſto caſu nec iuris nec fa
cti. qꝛ per illa verba nunq̃ videt
fateri delictum ſecundũ qđ dicit
Bar. in. l. infamẽ. ff. de pub. iudi.
⁊ in. l. iuſiurandũ ⁊ ad pecunias.
§. ait pretor. ff. de iur. iu. vide etiam
Barto. in. l. ſi reus paratus. ff. de
procura. vbi tradit iſtam cautelã
quando fit iſta oblatio per com-
poſitionem cuz curia: vide Bal.
in. d. l. ſi reus paratꝰ: ⁊ in. l. ſi ſer-
uum. §. nũc videamꝰ. ff. de verb.
obli. ⁊ Bar. j. l. quoniã intelligit
ff. de his q̃ not. infam. ¶ Aut cõ-
poſitio iſta fit ad effectum euitan
di penaz criminis ⁊ hoc exprimi-
tur in cõpoſitione ⁊ iſto caſu nul
li dubium eſt quod Reus per iſta
verba cenſet fateri delictũ: quia
videtur timere penã ſibi inferri
quã nemo timere debet niſi ille
qui eſt peccator ⁊ ĩ culpa vt not.
in. l. j. in princ. ff. de iuſti. ⁊ iu. ⁊ p
cõſequens iſto caſu euitare non
poterit aliquam infamie notam
ſaltim facti per quã grauat eius
opinio apud graues et honeſtos
viros. vide. Bar. in. d. l. infamẽ. ⁊
2 d. l. quoniã. ¶ † Et ideo ſit bene
cautus Aduocatus vel Procura
tor qui hz clientulũ ſuum incar-
ceratuz vel ſub fideiuſſore ob no-
xium qui cupit per cõpoſitionez
iſtam a curia ⁊ illius moleſtijs li
berari vt bene forment dictam
cõpoſitionẽ ⁊ aduertant diligen
ter ad rationem ſiue cauſam com
poſitionis que exprimitur vt nul
laz faciãt mẽtionẽ de pena neq̃
de crimine ſaltim diſpoſitiue: ſed
ſolũ aſſertiue ⁊ ſub gñalibꝰ vbis
dicendo qꝛ Ticius repitur incar
ceratus ſiue inquiſitꝰ ⁊ ſub fide-
iuſſore detentus pro tali aſſerto
crimine. ſ. furti: homicidij: vulne-
ris inſultus ⁊ ſimilium: vt dicit
perpetrati in perſonam vel in bo
nis Semproni) vt dicunt q̃ tamẽ
eſſe verum per dictum ticium ex
preſſe negatur nihilominꝰ: qꝛ di
ctus ticius eſt pro ſuis negocijs
grauiter occupatꝰ vel eſt de pxi-
mo receſſurꝰ ad longinquas par
tes ibi diu moraturus vel eſt de-
bilis infirmus pauper: aut aliam
ſimilẽ iuſtã cauſam exprimere id
circo cupiẽs rebꝰ ſuis quiete va-
care et ab huiõi moleſtijs: crimi-
nalis curie: ⁊ actis iudicialibꝰ li-
berari ad infraſcriptam compo-
ſitionẽ deuenit cũ Magnifico et
excellentiſſ. viro Do. R. Preſide
Pretore vel iudice vt ſolueret cẽ
tum fiſco ⁊ liberetur ab omni in-
q̃ſitione ⁊ proceſſu p̃ſentis cauſe
vide. Bar. in. d. l. ſi reus paratus
⁊. d. l. infamem. ⁊. l. q̃ſiuer Specu.
in tit. de offic. om. iud. §. vj. ver. ⁊
generaliter. ⁊ in tit. de pparat. iu-
dicio. ver. circa iudicem ⁊ in titu.
de teſte. §. xſ. verſi. fin. vbi dicit q̃
iudex ſi viderit expedire ɔcordiã
poterit q̃ſiq̃ partes terrere vt de
ueniat ad cõpoſitionẽ. vide text.
in. c. fi. de trãſac. ⁊ in. c. ij. de pen.
⁊. xvij. qõ. iiij. qui ſub diaconum.
6 ¶ † Aut non loquimur de cõpo-

ſitione priuata que fit ſolum cuz
parte paciſcendo cū illa: ⁊ ſi com
poſitio iſta fiat ſuper crimine fa-
moſo ⁊ reus incurrit infamiā: q2
per hoc videtur fateri delictū: et
iſte eſt caſus in .d.l. quoniā. ff. de
his qui not. infa. et .l. athletas. §.
fi. co. tit. ⁊ ibi Bart. hoc tamen li
mitandū puto qñ iſta concordia
fieret priuatim ⁊ extra iudicium
ignorante iudice et curia: ſed ſi
fieret in iudicio mediante iudice
poſtq̄ precelſerat prior cōpoſitio
cū curia ⁊ fieret ad effectū eximē-
di reū ab ipſis vexationib9 ⁊ mo
leſtijs iudicialib9 nō crederē qđ
iſto caſu reus incideret in aliquā
infamiā p ea q̄. ſ. diximus in pre-
cedēti mēbro. vide Bart. in .d.l. ſi
reus paratus. ⁊ in .d.l. infamē.

## Summarium.

1 Cōpoſitio facta cū fiſco vel curia cum cōſenſu partis offenſe an ſit valida.

2 Pars nō ꝯſentiēs ꝯpoſitioni nō impeditur iudiciū proſequi.

3 Cōpoſitio p curiā aut fiſcum ptibus abſentib9 facta an ſit valida.

1 Quinto q̄ro † an valeat
cōpoſitio facta cuz fi-
ſco vel curia ſine ꝯſen
ſu partis offenſe: Rñ.
aut nos loqmur de in
tereſſe fiſci quo ad penam crimi-
nis: ⁊ iſto reſpectu v3 ꝯpoſitio: q2
ſemel cū fiſco cōcordatū fuit ſa-
tiſfactū: ⁊ ideo nō poterit iſto re-
ſpectu amplius moleſtari. arg. l.
trāſigere. C. de trāſac. ⁊ .l. iiij. §. ait
pretor. ff. de re iud. ea maxime rō
ne: q2 cōpoſitio ipſa et pecunie q̄
ſoluuntur fiſco mediante cōpoſi-
tione ſuccedunt loco pene. vt .l. ſi
donate. §. j. ff. de dona. inter vir. ⁊
vxo. ⁊ dicemus infra. q. ſequē. aut
loquimur reſpectu partis et ſui
2 intereſſe † ⁊ ex quo pars huic non
cōſenſit nō p̄iudicaſ ſibi quo ad
ſuū intereſſe: ⁊ poterit proſeq̄ iu-
3 dicium cōtra ipſum † ſicut econ-
tra quādo compoſitio fit cū par-
te extraiudicialiter abſente iudi-
ce per quam non preiudicatur fi
ſco. l. quoniā. ff. de his qui not. in
fa. ⁊ no. in .l. trāſigere. C. de tranſ-
ac. ⁊ ibi Bar. eodem modo non
d3 p̄iudicare pti qñ fuit facta cuz
ſola curia arg. l. fallaciter. ⁊ .l. ſec.
C. de abolitio. ⁊ idō iſto caſu pars
poterit pſequi iudicium ratione
ſui intereſſe: ſed reus tutus erit
quo ad penam per ea que. ſ. dixi
mus. ſi vo facta fuerit cuz vtroq3
ſc3 fiſco ⁊ parte ⁊ tunc tutus erit
in omnibus: vt .l. ſ. C. de abolit.

## Summarium.

1 Cōpoſitiōe ſemel ī curia facta an poterit iudex nouis indicijs ſupuenientib9 iq̄ſitiōes facere

2 Compoſitio cum fiſco loco pene ſuccedit.

1 Sexto q̄ro † poſtq̄ re9 fe
cit cōpoſitionē cuz cu-
ria an iudex poterit
poſtea ſi forſan ſupue-
nerit noua indicia ſu-
per eodē crimine ꝯ ip3 inquirere.
Rñd. in hoc caſu repetēda eſt di
ſtinctio quā ſupra in proxima. q.
poſui qđ aut pars ⁊ fiſcus ſimul
cōcordati fuerūt: ⁊ nō poterit am
pli9 nec curia nec priuat9 ſup di-
cto crimine pcedere. d.l. j. ⁊ .l. fal-
laciter. C. de abolit. ⁊ per Bal. in
d.l. tranſigere. q2 compoſitio ⁊ il-
li9 ſolutio facta fiſco ſuccedit lo-
co pene. l. ſi donate. §. ſ. ff. de doñ.
inter vi. ⁊ vxor. idē tenet do. Pa.
de put. i trac. ſindic. in. c. an facta
compoſitione. fo. xlj. in. ij. col. aut

alter iſtorũ dũtaxat fuit cõcordat⁹ ⁊ ille qui fuit extra concordiã nõ impedit quo minus iudiciũ pſequat ſaltim p ſuo intereſſe: vt. ſ. prime dictũ eſt argu. o. l. fallaciter. in prin. ¶ †Sed cõtra pdicta oppono de. l. ſicut. §. biſdẽ. ff. de accu. ⁊. l. fallaciter. C. de abol. vbi ſemel abolita accuſatione vel inquiſitione ſi poſtea noua ſupneneriut indicia nõ impedit iudex quo minus poſſit de nouo cõtra dictum reũ compoſitũ pcedere: ⁊ eſt glo. no. in. l. ſi quis adulteri. in fi. C. de adul. vbi ille qui ſemel abſolutus fuit ab inquiſitione et pceſſu ſiue ab obſeruatione iudiciũ nõ eſt tutus quo minus ſi poſt ea ſupuenerint noua indicia curia nõ poſſit iterũ cõtra ipm pcedere de quo late dixim⁹. ſ. in tit. de abſo. innoc. q. ij. ſolu. iura illa pcedunt qñ eſt facta abolitio criminis gratuita: vel qñ re⁹ purgauit indicia p torturã: et ſic qñ fiſcus nihil cõſecutus fuit p pena vel loco pene: nos. aũt loquimur in caſu in quo facta fuit compoſi-
2 tio ⁊ ſoluta pecunia fiſco que loco pene ſuccedit: vt. o. l. ſi donate. §. fi. ff. de dona. inter vir. ⁊ vxo. ⁊. l. ſenat⁹. §. ſi quis delatorẽ. ⁊. §. ſeq. ff. d e iur. fiſ. ⁊ hoc quo ad intereſſe publicum: ⁊ fiſci quo autẽ ad intereſſe priuatũ nõ putarem iſtũ etiã eſſe tutũ qui cõpoſuit niſi quatenus cũ parte cõcordauerit de eo qđ ſua intereſt ⁊ quatenus concernit intereſſe priuatũ: vt. ſ. prime diximus. vide Bar. i. o. l. ſicut. §. biſdẽ. ¶ Item oppo. de. l. f. ⁊. l. fallaciter. C. đ aboli. vbi diſtiguit aut abolitio pceſſus fuit impetrata a Preſide vl' pretore aut a principe. primo caſu non tollit quo minus iterũ poſſit ex principis reſcripto ſuper eodẽ crimine pcedi: ſecundo aũt caſu qñ a principe obtinuit abolitionẽ erit tutus ppetuo. ſol. ibi loquit in ſimplici abolitiõe gratuita. q̃ gratis fuit obtẽta: hic vero in cõpoſitiõe q̃ fit ex cauſa onoroſa: ⁊ ideo non eſt bona conſequentia de vno ad aliũ ex quo ſunt diuerſa. l. fi. C. de codicil. et. l. f. C. de impo. lucrat. deſcrip. lib. xij.

¶ De fideiuſſoribus reorum.

¶ Summarium.

1 Fideiuſſio qñ ſit in actib⁹ iudiciarijs neceſſaria.
2 Reus p quibus criminib⁹ poſſit fideiuſſoribus relaxari.
3 Iudex nolens reũ fideiuſſoribus idoneis relaxare põt corã ſindicatu conueniri actiõe iniuriarũ.
4 Fideiuſſor rei debet eſſe idone⁹.
5 Mulier honeſta fideiuſſorẽ hñs non debet in leuiorib⁹ cauſis detineri: ſec⁹ i mulierib⁹ ihoneſtis.
6 Reus corporalr puniendus non debet fideiuſſoribus relaxari.
7 Fideiuſſor nõ põt ſe ad penã corporalem pro reo exponere.
8 Pene corpalis inflictio multarũ circũſtãtiarũ exigit cõſiderationẽ.
9 Fideiuſſor an pro reo arbitrarie puniendo ſit admittendus.
10 Reus in defectum pecunie pene corporali adiudicandus an poterit fideiuſſoribus relaxari.
11 Pena arbitraria tria pſupponit conſideranda.
12 Diues ⁊ pecunioſus de crimine ſuſpect⁹ ⁊ in iudiciũ deduct⁹ an ſub obligatiõe propria ſub pena pecuniaria debeat relaxari.
13 Iudex circa l reorum cuſtodiã et detentionis modũ dicitur habere magnum a lege arbitrium.

14 Dives ⁊ nobilis perſona pro cri
mine etiam capitali detentus an
ad eius petitionem ſit mite et in
loco honeſto detinendus.
15 Ignorātia potius preſumitur q̄
culpa.
15 Carceratoꝝ detinendi modus
iudicis diſcretiōi dr̄ eē ꝯmiſſus.

Supra proxime vidi
mus de compoſitio
nibus penarum pri
mam ſpeciem rela‑
xatiōis reoꝝ q̄n de
crimine nōdū ple
1 ne ꝯſtat. † vidēdū eſt nō de alia
ſpecie relaxatiōis q̄ fit dū crimē
eſt dubiū ⁊ index eſt in actu inue‑
ſtigādi veritatem q̄ fieri ſolet me
diāte fideiuſſore preſtito p̄ reū de
ſe repreſentando toties quoties
fuerit requiſit⁹ vel de nō recedē‑
do ex certo loco ſine iudicis licē‑
tia ſicut de nō exeūdo de ciuitate
oppido: caſtro: aut palatio preto
ris: ⁊ de ſoluēdo penā. ¶ † Uidea
mus nūc ꝓ quibus delictis ſit re
laxandus reus ſub cautione pre‑
dicta. ⁊ dic aut ſumus in crimini
bus in quibus venit imponenda
dūtaxat pena pecuniaria quo ca
ſu aut reus fuit confeſſus vel ple
ne conuict⁹ ⁊ nō debet relaxari:
ſed detineri donec ſoluat penā. l.
ſi ꝯfeſſus. ff. de cuſto. reo. aut non
fuit confeſſus neq̄ cōuictus ⁊ de
bet relaxari preſtita idonea cau‑
tione de ſe rep̄ſentādo vel de nō
recedendo ex certo loco: vt dicit
Bart. in. d. l. j. ff. de cuſto. reo. vbi
poſt Jac. de arena declarat iſtu3
arti. reducendo ad practicam. ꝓ
quo facit tex. in. l. fi. C. eo. ti. ⁊. l. i. ⁊
l. ſi quis. ff. eo. ti. in quibus iurib⁹
in effectu diſponit̄ quod i crimi‑
nib⁹ illis in qb⁹ venit imponēda
pena pecuniaria reus dʒ preſtito
idoneo fideiuſſore relaxari. ⁊ rō
ē q: pena ipſa pariformiter ſatiſ‑
fieri pōt fiſco p̄ fideiuſſorē ſicut p̄
ip̄3 ⁊ principalē. arg. l. denique. ⁊. l.
3 ſeq. ff. de iu. fiſ. ¶ † Quinimo ſi in
dex vellet retinere cū q̄ eſt parat⁹
p̄ſtare idoneū fideiuſſorē poſſet
agi ꝯ ip̄m in ſindicatu actione in
iuriaꝝ: vt no. Bart. in. l. ſi vero p̄
cōdemnatione. §. j. ff. qui ſatiſda.
4 cogan. ¶ † Fallit regula iſta q̄n
reus nō haberet fideiuſſorē ido‑
neum: q: tūc detineri poterit ſm
Bar. i. d. l. j. ff. d̄ cuſto. reo. ⁊. i. d. l.
5 ſi vero. §. j. ¶ † Mulier aūt hone‑
ſta in cauſis criminalib⁹ ſi crimē
ſit leue vel de nō atrociorib⁹ non
debet p̄ſonaliter detineri neq̄ in
carcerari: ſed fideiuſſoribus rela
xari ſi habeat facultatem fideiu‑
bēdi: ſi vero nō haberet fideiuſſo
rē ſimiliter nō detinetur: ſed ſtat
ſue iuratorie cautioni relaxatur.
ſi aūt crimen eſſet de atrociorib⁹
tunc non incarceratur apud vi‑
ros: ſ3 intruditur in monaſteriū
vel aſſiſteriū cuſtodiēda vl' apud
honeſtas matronas cōſeruatur.
ita dicit tex. no. i aut. vt nulli iud.
§. neceſſarium. ver. ſi vero crimē
tranſlata in aut. nouo iure. C. de
